DIOMEDIS VE tuſtiſſimi ac diligentiſſimi gram matici: emunctū opus nec nō: phocae: Priaſciani: Capri: Agraetij: Donati: Ser- uij: ꝛ ſergij: aurea opu ſcula: diligenti lima nuper impreſſa.

Joannes Riuius Recenſuit.

¶ Ioannes Riuius: ſtudioſis: boniſq; omnibus ſalutem.

Quam utilis ac neceſſaria ſtudioſo cuilibet ſit litteraria facultas: Vnicū quintiliani teſtimonium enodare poteſt: qui ait grammatica neceſſaria eſt pueris: iucunda ſenibus: dulcis ſecretorum comes: & quæ: uel ſola: plus habet operis: q̄ oſtentationis. Hæc nempe una eſt: Quæ eodem Fabio auctore: niſi oratoris futuri (ut alios omittam) fundamenta fideliter iecerit: quicquid ſuperſtruxerit: corruet. Vnde nemo unquam inter doctos connumerari poterit: qui non magnam: huic diſciplinæ: curā impenderit. Quo circa: quum Diomedem: non minus rhetorem: & philoſophum: q̄ grammaticum: ob impreſſorū incuriam: ac imperitiam: in tenebris uileſcere uiderem. Adeo enim: mendoſi codices deprauatiq; reperiebantur: ut multa potius lituris: ac ſpongia: q̄ ſtudio & uigiliis digna: inter ſtudendum occurrerēt. Huic operi: ſtudioſiſſimorum: ac amiciſſimorum ſuaſu iuſſuq; ſuccurrere coactus fui. Itaq; ab aliis ſtudiis negociiſq; familiaribus intercœptus: pro mea uirili: onus humeris meis ſatis impar impoſitum: diu reluctatus: retractare non ualui. Quare ſi noſtra hæc: minus cōpta: imbecillius elaborata: ac infirmius caſtigata: quam tuum acre lector exigebat ingenium: uidebuntur: rei difficultati adſcribe: & multis mihi curis inuoluto ignoſce. Quantum uero meis lucubrationibus in hoc profuerim: lector candidiſſime: Si codicem codici contuleris: perbelle dignoſces. Vale. & Riuium tuum ama.

¶ Index eorum: quæ Diomedes tribus uoluminibus complexus eſt.

¶ In primo ſegmento docet

De oratione: eiuſq; partibus: ac earum accidentibus: promiſcue. Cap. i.
De nomine tantum. Cap. ii.
De pronomine. Cap. iii.
De uerbo. Cap. iiii.
De participio. Cap. v.
De aduerbio. Cap. vi.
De præpoſitione. Cap. vii.
De coniunctione. Cap. viii.
De interiectione. Cap. ix.

¶ In ſecundo ſegmento.

De uoce: & lr̄is īdifferēter. Cap. i.
De grāmatica: ac ei⁹ ptibus. Cap. ii.
De ſyllaba tantum. Cap. iii.
De accentibus & punctis. Cap. iiii.
De quinq; locutionum generibus: de uitiis & uirtutibus orationis. Cap. v.
De ſchematibus & tropis. Cap. vi.

¶ In tertio ſegmento.

De ſtructura perfecte orationis & pedibus. Cap. i.
De poetica: rythmis & metris. Cap. ii.
De poematum generibus. Cap. iii.
De ſyllabarum quantitate. Cap. iiii.
De flacci horatii metris. Cap. v.
Phocas de nomine & uerbo.
Epitome Priſciani.
Caper de latinitate.
Agrætius de orthographia proprietate & differentia ſermonis.
Donatus de octo partibus orationis: & de barbariſmo & ſolœciſmo.
Seruius & Sergius in Donatum.

DIOMEDIS DOCTISSIMI AC DILIGENTISSIMI LINGVAE LATINAE PERSCRVTATORIS DE ARTE GRAMMATICA OPVS VTILISSIMVM.

DIOMEDES ATHANASIO SALVTEM DICIT.

ARTEM MERAE LATINITATIS: Puræq; eloquētię magiſtram ſub incudem litterarum faciliter procudendo formatam humãę claritatis: hãc cũ cognouiſſem excellentem facundiã tuã plurimi facere: deſiderio tuo libẽter indulgẽs ſummo ſtudio (quantum medioceris admodum ingenii mei q̃litas capere patiebat) trino digeſtam libello dilucide expeditã cenſui eſſe mittendã quia ipſos aurium meatus audita ſcientia cõplere abſentia denegatum eſt. Sane ne quid eſſet incognitũ: uitãda fuit nimium conſtricta breuitas. Eſt enim lucubrationis induſtria ſtudiiq; collatio tripartita: ut ſecundum trina ætatis gradatim legentium ſpatia lectio probabiliter ordinata crimen prolixitatis euadat: tediumq; demulceat. quę quidem in tribus diuiſionibus quamuis paruula ſit: tamen in ſingulis ſuam continet breuitatem. Quamobrem (ut mea fert opinio) ſpero tibi aliiſq; legentibus magno uſui fore. Igitur totius operis prima pars uniuerſi ſermonis membra continet. Altera nõ ſolum obſeruationes: quæ arti grãmaticæ accidere ſolẽt: ſed etiã ſtructurã pedeſtris orõnis uberrime pleneq; demonſtrat. Tertia pedũ qualitatẽ poematũ genera metrorũq; tractatus pleniſſime docet. Supereſt ut ſingula recolẽdo memoriæ penu mandent: ne fruſtra cũ tempore euaneſcat labor. Quod tãto maxime rudibus pręſtare cognoſcimus: qui ruſticitatis enormitate culti ſermonis ſauciant imo deformant examuſſim normatã orationis integritatẽ: politũq; eius lumen infuſcant ex arte prolatum: quanto ipſi a pecudibus differre uidentur.

De oratione: eiuſq; partibus: ac eaꝝ accidentibus promiſcue. Cap. I.

ARtis grãmaticæ auctores exordium ſcribendi uarium diuerſumq; ſumpſerunt. Quidam enim ab ipſa arte cœperunt: alii ab elementis uel litteris: multi a caſibus: plærią; a partibus orationis: nonnulli a uoce: pauci a nominum declinatione. Nos uero ab ipſa oratione incipimus. Hęc enim ſecreta pectoris arguens ad linguam ſui gubernatricem migrat mobili quodam uocis articulatæ ſpiritu: rotundoq; gubernaculi moderamine temperata: & interiore uicino aere pectoris argutia uerberato: palatoq; ſenſim: paulatimq; pulſato: uelut inter nuntius ac proditor humanæ gentis ad indicia exprimendæ cogitationis per os ſermonemq; rationabiliter agitatur. Hoc enim ſuo magnoq; beneficio expreſſa ratione ſermonis nos cæteris ſeparat ab animalibus: ſola homines natura fatetur: atq; demonſtrat. Huic igitur demus totius opuſculi non immerito principatum cuius talis habetur diffinitio. Oratio eſt ſtructura uerborum compoſito exitu ad clauſulam terminata. Quidam ſic eam diffiniunt: Oratio eſt compoſitio dictionum conſumans ſententiam: remq; perfectam ſignificans. Scaurus ſic: Oratio eſt ore miſſa: & per dictiones ordinata pronunciatio. Oratio autem uidetur dicta: quaſi oris ratio: uel a græca origine ὀαρο

τοῦ ὀαρίζειν. hoc eſt ſermocinari. Vnde Homeri uerſus:
ού μεν πώσ νυν εστιν απο δρυόσ όυδε απο πετρησ
τω οαριζεμεναι ατε παρθενοσ ηιθεοστε
παρθενοσ ηιθεοστε οαριζετον αλληλοισι.

Oratio eſt ſermo contextus ad clauſulam tendens. Clauſula eſt compoſitio uerborum plauſibilis ſtructuræ exitu terminata. Partes orationis ſunt octo: Nomẽ: Pronomen: Verbũ: Participiũ: Aduerbiũ: Coniunctio: Præpoſitio: interiectio. Scauro uidetur & appellatio. Ex his primæ quattuor declinabiles ſunt: ſequẽtes indeclinabiles: latini articulũ: græci interiectionẽ non adnumerant. Genera nominũ ſunt principalia tria. M. F. & N. Maſ. eſt: cui numero ſingulari caſu nominatiuo ꝓnomen præponit̃ hic: ut hic Cato. Fœmininũ eſt cui numero ſingulari caſu ntõ pronomen prępoñitur hæc: ut hæc Iulia. Neutrũ eſt: cui numero ſing. nrõ caſu ꝓnomen præponit̃ hoc: ut hoc tẽplum. Ex his quartũ genus cõe naſcitur: quod fit duobus modis. Sunt. n. cõmunia duũ generum ex maſculino & fœminino: ut hic & hæc homo. hic & hæc ſacerdos. Itẽ triũ generũ: ex maſculino: & fœminino: & neutro: ut hic & hæc & hoc fœlix. Eſt & quintum genus quod græce ἐπίκοινον dicit̃: latine promiſcuũ uel ſub cõmune uocãt: qđ aut ſpecie maſculini generis & declinatur & ſimul ſignificat etiã fœmininũ genus: ut hic paſſer: aut declinat̃ ſpecie fœminini generis ac ẽt maſculinũ genus ſignificat: & ſic ſub uno genere utrunq; intelligit̃: ut hæc aquila. Numerus eſt incrementũ quãtitatis ab uno ad plura ꝓcedens. Numeri ſunt duo: ſingularis ut hic præceptor: plu. ut hi præceptores. Dualis. n. dũtaxat apud græcos ualet: apud nos excluditur de quo etiã mox referemus. Figura eſt diſcrimẽ ſimpliciũ dictionũ & cõpoſitarũ. Figuræ noĩbus accidunt duæ ſimplex & compoſita. Simplex ut doctus: cõpoſita ut indoctus. Cõponunt̃ autẽ noĩa modis quattuor: ex duobus integris: ut ſuburbanus: ex duobus corruptis: ut opifex & artifex: ex integro & corrupto ut ineptus: ex corrupto & integro: ut armipotẽs: Cõponitur autẽ de pluribus q̃ παρασύνθετα græci appellãt: ut inexpugnabilis imperterritus inexplicabilis irremeabilis. Caſus ſunt quidã gradus declinationis: dicti ꝙ p eos pleraq; noĩa a pria ſui poſitiõe inflexa uarient̃ & cadãt. Alii ſic: Caſus ſunt uariatiões & cõpoſitiones in declinatione nominis per imutationẽ nouiſſimæ ſyllabæ. Sũt numero quidẽ ſex. Ntũs: Grũs: quẽ quidã patriũ uocãt: Drũs: Accuſatiuus: Vocatiuus: & Abltũs. Rõne tamen ſunt quinq;: Nominatiuũ enĩ optime caſum eſſe noluerunt: qñ quidem ſit poſitio nominis: uel rectus noĩbus: uel declinationibus regula: quẽ nominatiuũ græci non πτῶσιν: ſed ὀρθὴν uel εὐθεῖαν uocant κατάκρισιν ὡσ tamẽ ntũm caſum diximus. Ablatiuum græci nõ habẽt: hunc tamẽ Varro ſextũ interdũ latinũ appellat: quia latinæ linguæ proprius eſt. Cuius uis apud græcos p genitiuũ explicatur. Per hos itaq; caſus obliquos nomẽ ſic declinabit̃. Cato nomẽ appellatiuũ generis maſculini nũeri ſingularis figuræ ſimplicis caſus nominatiui & uocatiui qđ declinabitur ſic. Hic cato huius catonis huic catoni: hunc catonem: o cato: ab hoc catõe. N. P. Hi catones horum catonũ his catonibus: hos catones: o catões: ab his catonibus. Iulia nomẽ appellatiuũ generis fœminini numeri ſingularis figuræ ſimplicis caſus nominatiui & uocatiui: qđ declinabitur ſic. N. S. Hæc Iulia huius iuliæ: huic iuliæ: hanc iuliã: o iulia: ab hac iulia. N. P. Hæ iuliæ: harũ iuliarũ: his iuliis: has iulias: o iuliæ: ab his iuliis. Tẽplũ nomẽn appella

tiuum generis neutri numeri ſingularis figuræ ſimplicis caſus nominatiui accuſa
tiui & uocatiui:quod declinabitur ſic. Hoc templũ:huius templi:huic templo:
hoc tẽplũ:o templũ ab hoc tẽplo.N.P.hæc tẽpla : hoꝝ tẽploꝝ:his tẽplis:hæc tẽ
pla:o tẽpla:ab his tẽplis. Sacerdos nomen appellatiuũ cõmunis generis figuræ
ſimplicis nũeri ſingularis caſus nominatiui & uocatiui:quod declinabit̃ ſic.Hic
& hæc ſacerdos:huius & huius ſacer.huic & huic ſacerdoti:hũc & hanc ſacerdo
tem:o & o ſacerdos:ab hoc & ab hac ſacer.N.P.hi & hæ ſacerdotes:hoꝝ & haꝝ
ſacerdotũ:his & his ſacerdotibus:hos & has ſacer.o & o ſacerdotes:ab his & ab
his ſacerdotibus.Fœlix nomen appellatiuũ generis communis triũ geneꝝ:figu-
ræ ſimplicis:numeri ſing.caſus ntĩ & accuſatiui & uctĩ:quod declinabit̃ ſic.Hic
& hæc & hoc fœlix:huius & huius & hui⁹ fœlicis:huic & huic & huic fœlici:hũc
& hanc fœlicem : & hoc fœlix: o & o & o fœlix:ab hoc & ab hac & ab hoc fœli-
ce uel fœlici.N.P.hi & hæ fœlices & hæc fœlicia:hoꝝ & harum & hoꝝ fœliciũ:
his & his & his fœlicibus:hos & has fœlices & hæc fœlicia:o & o fœlices & o fœ
licia:ab his & ab his & ab his fœlicibus. Oĩa noĩa latina nominatiuo caſu ſing.
lr̃is.xii.extremis terminant̃:uocalib⁹ qnq;:ut a.e.i.o.&.u.ut ſiſcena:monile:ſina-
pi:cicero:cornu:& ſemiuocalibus ſex.l.m.n.r.s.&.x.ut conſul templũ:pecten:cæ
ſar:liuius:ſilex.Item muta una.t.ut caput.Sunt qui adunt.c.ut lac:quod Varro
artis grammaticæ doctor exterminat.Genitiuus caſus ſing.aut totidem ſyllabis
conſtare debet:quot ntũs eius:ut Virgilius uirgilii:Terentius terentii:ob id ge-
minata i:aut una ſyllaba excedere:ut Hector hectoris & Neſtor neſtoris. Ali-
quando etiam duabus ſyllabis accreſcit:ut ſuppellex ſuppellectilis:iter itineris
anceps ancipitis:præceps precipitis. Formæ declinationũ noĩum:ut qbuſdam:
uidetur:ſunt ſeptem.Prima eſt quæ gtũm ſingularem mittit in æ genere dũtaxat
tam maſ.q̃ fœ.ut Aeneas æneæ: Latona latonæ: Secũda facit gtũm in i in omni
genere:ut puer pueri:laurus lauri:cælum cæli.Tertia eſt:quæ in gtõ i geminata
gñe tantũ maſc.& neutro terminat̃.Maſc.ut Virgilius uirgilii:neutꝝ:ut ingeniũ
ingenii.Q uarta in oĩ gñe in his:ut orator ris:oratio oratiõis:ſidus ſideris.Q uin
ta in us.maſ.dũtaxat & fœmi.maſc.ut portus.fœmi.ut porticus.Sexta in ei ſimilr̃
dũtaxat generis maſc.& fœmi.ut dies diei acies aciei.Septima in.u.genere tantũ
neutro:ut genu cornu.Et hmõi nomina neutra numero ſing.monoptota tantum
ſunt.Græca quoq; nomina grææ declinationis regulam ſeruant:& genitiui tri-
phariæ pferunt̃:quoꝝ noĩatiui ſunt hi. ω.η.α.η. ut καλυψω καλυψους ca
lypſo calypſus μανθω μανθους mãtho mãthus:& θισβη θισβης thiſbe thiſ
bes: ευτερπη ευτερπης euterpe euterpes: παν πανος:pan panos.Accuſatiuus
uero plerũq;.n.noĩatiuis addit.Vtũs ẽ ſimilis ntõ.ablatiuo caſu ſing.nũeri obſer
uata nouiſſima ſyllaba littera ue facile demonſtrabit:quomodo pluralem nume
rum declinare debeamus.Omnia nomina ablatiuo caſu ſing.quinq; litteris uoca
lib⁹ terminant̃.a.e.i.o.&.u.exceptis pronoĩbus qbuſdam:ut ab eodem quodam
ab hoc.Item his:quæ ſunt aptota in his.n.regula non tenet̃.Q uæcũq; igit̃ noĩa
gñe maſc.& fœ.ablt̃uõ caſu ſing.a lr̃a fuerint terminata addita.e.lr̃a faciũt ntũm
& uocatiuum plu.maſc.ut ab hoc ænea:ab hoc poeta:ab hoc anchiſa:hi æneæ hi
poetæ hi anchiſæ & o.æneæ.o.poetæ.o.anchiſæ.Sed huius noĩs ablatiuus du-
plex eſt:dicimus.n.ab hoc anchiſa & ab hoc anchiſe.& ſi qdem erit ntũs hic an-
chiſa:ut hic poeta.Si uero hic anchiſes ntũm habet:aliter declinatur q̃ duo no-

mína ſupraſcripta.Illa.n.aut in as uel in a efferuntur: uelut hic æneas: hic poeta. Hoc aũt in es ntõ caſu aliter declinat̃ q̃ duo ſupraſcripta : ut hic anchiſes. hoc ſi ſic declinat̃ imutat q̃ttuor caſus ſing. dtũm accuſa. uo. & abla. uelut huic anchiſæ: hũc anchiſen: o anchiſe: ab hoc anchiſe. cũ ntõ æneas & poeta ſic declinabit̃. uelut huic æneæ: huic poetæ: hunc æneã: hunc poetam: o ænea o poeta : ab hoc ænea: ab hoc poeta: ut uideat̃ hæc nõia ſyllabas depoſitas habere in dtõ q̃dẽ æ: in accuſa. am: in uo. a: abla. ſimiliter a. Illud aũt in datiuo æ: in actõ en: in uctõ e: in ablatiuo ſimiliter e: ut tantũmodo gtũm ſing. ſupradictis nõibus ſimilẽ habeant. Itẽ ut fœminina: ab hac muſa: hæ muſæ: & o muſæ: remota aũt e littera : & poſitã s lr̃a: faciũt in utroq; genere accuſa. plu. ut ab hoc ænea: hos æneas. Similiter ab hac muſa: has muſas. Itẽ ſi remoueas s lr̃am: & adieceris rum ſyllabam : fiet gtũs plu. ut ab hoc ænea: hoꝝ æneaꝝ: ab hac muſa: haꝝ muſaꝝ. Sublata autẽ de abltõ ſing. a nouiſſima: & appoſita is ſyllaba: fit dtũs & abl. pl. ut ab hoc ænea: his & ab his æneis. Nam: deabus: filiabus: libertabus: mulabus: & q̃cq̃d hmõi eſt diſcernẽ di ſexus gratia: cõtra rõnẽ & p̃ceptum eſt: idẽtidẽ ab hac amphora: haꝝ amphoraꝝ. Quęcunq; nõia abltõ caſu: ſing. numero: maſ. & fœ. dũtaxat gñe: e: lr̃a pro ducta finiunt̃ addita. s. ſimiliter faciunt p̃ducta nouiſſima ſyllaba ntũm accuſa. & uocati. plu. ut ab hoc & ab hac die: hi dies: hos dies o dies. Remota ãt. s. lr̃a: adiectaq; ꝝ. ſyllaba fiet gtũs plu. ut ab hoc & ab hac die: horum dieꝝ. Si remoue as ꝝ & apponas bus ſyllabã facies dtũm & abla. plu. ut ab hoc & ab hac die: his & ab his diebus. Dũ tñ ſciamus fœmi. gñe plu. ntũm nõ debere dici. i. hæ dies: licet fœ. gñe ſingulariter dicamus. Cætera hoꝝ ſimilia nõia fœ. p̃ferunt̃ tãtum. ut ſpecies materies luxuries quoꝝ plu. genitiuum non ſimiliter ad ſeruabis ſicut in die & meridie per. ꝝ. ſed per um ſyllabam: ut ſpecieũ materieum luxurieum: ſed cõſuetudo. rum. effert: ut ſpecieꝝ. Sed ueteres i hac ſpecie declinatiõis gtũm ſin. ſimilẽ ntõ dicebant: unde inuenimus in q̃buſdã hæc p̃uincies. huius prouinciẽs: non huius prouinciei. Nõia quæ abla. caſu nu. ſing. e. littera correpta fuerint terminata: ea in gñe maſ. & fœ. adiecta. ſ. littera nominatiuum & accu. & uo. plu. faciunt p̃ducta ultima ſyllaba ut ab hoc & ab hac diuite: hi & hæ diuites: hos & has diuites: o & o diuites. Interdum correpta ultima ntũm plu. faciũt: ut ab hac daphnide: & ab hac bachide: he daphnides. & hæ bachides: o daphnides: & o bachides. Nam accu. has daphnidas: has bachidas facit. Neutrali uero gñe abla. ſin. ultimam litteram. e. in. a. uerte & fiet ntũs. accu. & uocati. plu. ut ab hoc ore: hæc ora: & hæc ora: o ora. G. plu. in oĩ genere: abla. correpta e littera finitus pari modo facit: ſi aut remota e: aut in i conuerſa adieceris um ſyllabam : ut ab hoc & ab hac paupe: hoꝝ & haꝝ pauperũ: ab hoc & ab hac diuite: horũ & harũ diuitũ. Datiuum uero & ablatiuũ plu. mittent in bus ut his & ab his pauperibus: his & ab his diuitibus. Cõtra hãc regulã inuenimus ab hoc uaſe horũ uaſorũ: his uaſis. Nomina quæ i abltõ caſu nu. ſing. i littera finiunt̃ genere maſ. & fœ. ſublata i ulti ma & adiecta es ſyllaba p̃ducta faciũt ntũm & uoca. plu. ut ab hoc & ab hac agili: hi & hæ agiles: & o agiles. Nã actũs iuxta regulã manente i littera debet pronunciari: ut hos & has agilis: ut eſt oĩs homines. Sed uſus eum ad nominatiuĩ & uoca. formam trãduxit. In neutrali autẽ genere ad ſing. abla. adiecta a littera fiet nominatiuus ac. & uo. plu. ut ab hoc agili: hæc agilia. & o agilia. G. uero plu. in oĩ genere: pari mõ: facies ſi adiicies. um. ſyllabam abla. ſin. ut ab hoc & ab hac &

ab hoc agili:hoꝝ & haꝝ & hoꝝ agilium. Item in oī genere.D.& ab.plu.facies:ſi ſin.abla.adiicies bus:ut ab hoc & ab hac & ab hoc agili:his & ab his agilib⁹.Horum autem nominum quæ genitiuo caſu plu.in ium ſyllabā exire poſſunt:declinatio multiplex nullo catholico cōtinet̃:quia ꝑ multa nomina & uarias litteras excurrit ideo q̄ſtio dirigitur.Vtrū hæc inferā:quæ has uident̃ formas retinere. Vna eoꝝ quę nominatiuum ſin.in omni genere & cōi:ſiue monoſyllaba ſiue poliſyllaba ſint:in.N.S.lr̄is terminant̃:quālibet ꝑcedente uocali:tanq̄ prudēs prudentium demens clemens amens nocens.Ex hac item regula eſt parens parentium mens frons.Altera eoꝝ quæ fœminina & diſſyllaba ſunt:& intra modum poſitionis continentur:duntaxat numero ſin.tam nominatiuo es.producta.i.exeūt præcedente alia cōſonante:q̄ ablatiuo.e.correpta finiunt̃:ut eſt hæc nubes:& ab hac nube:hæc clades:hæc ſedes:horūq; gtūs plu.accreſcēte una ſyllaba emittit̃: & per ium.exit:ut nubium.Tertia identidem eorum quæ diſſyllaba ſunt ntō caſu ſing.is terminant̃ ſiue maſ.& fœ.ſiue communia ſint:& ſimilem ntō gtūm habent pari modo genitiui plu.ꝑ ium exeunt.Maſculi.ut orbis:ignis. Ab hoc catholico recedit panis.Fœmi.ut turris puppis:nauis:peluis.Sed hæc abla.duplicem interdum habent:& per.i.& per.e.litteram correptam proferuntur.Et hæc regula accuſatiuum ſin.in fœmi.genere duntaxat ſimpliciter per i litteram interdum profert:ut puppim:turrim:Plu.uero melius in is.ut has puppis turris.horum multa cernimus conſuetudine commota:quæ a ſuperioribus diſcrepant.Itē communia:ut ciuis.Contra hanc regulam inuenitur canis.Quarta quoq; eorū ſpēs eſt:quæ abla.per.i.litteram habent:& ſunt trium geneꝝ: & genitiuum plu. ſine dubio per ium.termināt:ut hic & hæc agilis & hoc agile.Item facilis:ab hoc & ab hac & ab hoc facili:hoꝝ & haꝝ & hoꝝ facilium.Similiter ex hac regula eſt ſalutaris & fœlix:faciunt.n.ab hoc ſalutari:horum ſalutarium:ab hoc fœlici:horum fœlicium.Sed in his tantū nominibus obſeruabimus hæc:quæ dūtaxat fuerint appellatiua:tunc ablatiuo i littera terminant̃.Nā ſi propria fuerint nomina tunc abltō e litteram oportet habere:ut ab hoc fœlice:ab hoc ſalutare. Nihilominus tamē plu.gtūm eūdem ſeruant:tantum abla.ſing.uariant in differentiam proprii nominis & appellatiui.Item neutra quæ abla.ſing.i.littera terminantur gtō plu.per ium.exire debent:ut eſt ab hoc monili:hoꝝ monilium:ab hoc cubili: hoꝝ cubiliū.Item noīa quæ abla.ſing.o.littera finiunt̃ appoſita.ꝝ.ſyllaba gtūm plu.faciunt:ut ab hoc puero:hoꝝ puerorū:& remota o lr̄a:& appoſita.i.faciunt ntūm & uo.pl.ut ab hoc puero:hi pueri.o pueri. Item adiecta s lr̄a faciunt da.& abla.plu.ut hi pueri his pueris ab his pueris.Abltō uero caſu ſin.adiecta s lr̄a facit accu.pl.ut ab hoc puero:hos pueros.Neutrali uero gn̄e ſi abl.ſing.ſublata o lr̄a nouiſſima a lr̄am impones:fiet ntūs accu.& uo.plu.ut ab hoc tēplo.hæc templa:& hæc tēpla:o tēpla.Pari aūt mō & neutrali gn̄e fiet ge.plu.ſi abla.ſing.adiicies rū.ſyllabā:ut ab hoc tēplo horū tēplorū.Pauca admodū normæ diſſentiūt: Inuenimus.n.ab hoc modio:horum modium.Item ab hoc nūmo:horū nūmum ab hac domo:harū domuū:domibus:ab hoc iugero:iugerum:iugeribus:ab hoc uaſe:horū uaſorū.his uaſis:ab hoc ſchemate:horum ſchematū his & ab his ſchematibus.Verū euphonia in dictionibus plus interdū ualet:q̄ analogia uel regula præceptorū.Noīa quæ abla.caſu:nūero ſin.u.lr̄a finiunt̃:maſculino & fœminino gn̄e adiecta.s.littera faciunt nominatiuū accuſatiuū & uoca.plu.ut ab hoc

uerſu:& ab hac manu:hi uerſus:hos uerſus:& o uerſus:hæ manus:has manus:&
o manus.G.uero plu.ex alio ſcribendum eſt.Neutrali aũt genere adiecta a litte-
ra faciunt ntũm accuſatiuũ & uocatiuũ plu.ut ab hoc cornu hæc:& hęc cornua:
o cornua. G.uero plu.pari modo in omni gñe facies:ſi adiicies abla.ſing.um ſyl
labã:ut ab hoc uerſu:hoꝝ uerſuũ:ab hac manu:haꝝ manuum:ab hoc cornu ho-
rum cornuum.Datiuus quoq; & abla.plu.in omni genere pari modo fiet:ſi abla.
ſing.u.litterã in i cõuertas:& adiicias bus.ſyllabam:ut ab hoc uerſu:his uerſibus:
ab his uerſibus:ab hac manu:his manibus:ab his mãibus:ab hoc cornu:his cor-
nibus ab his cornibus.Sed in quibuſdã neceſſe eſt.u.lr̃am retinere euitãdæ am-
biguitatis gr̃a:ut partubus:artubus:arcubus:tribubus. Meminerimus aũt quæ
dã nomina uel auctoritate ueteꝝ:uel euphonia:modo ſecundo:modo:quarto or
dine declinari:ut domus:ficus:laurus:quercus:& cõplura arboꝝ noĩa. In plu.
nu.nominũ formæ caſuales ſunt ſex Senaria:q̃naria:quaternaria:Ternaria Bip-
tita:ſimplex uel unica:quæ ſic ordinant̃:Senaria eſt cũ ꝑ ſex caſus numero ſing.
nomen in declinatiõe uariat̃ ueluti:unus:ſolus:Q uinaria eſt q̃ ꝑ q̃nq; caſus ob-
liquos declinat̃:ut pater mater:Q uaternaria eſt quæ ꝑ quattuor caſus declina-
tur:ut puer aper.Ternaria eſt quæ tribus caſibus obliquis declinatur:ut fabula.
Bipartita eſt quæ alterna caſuũ ꝓductione correptioneq; uariatur:ut genu:cor-
nu:gelu:Hæc.n.duobus modis tãtũ in declinatiõe uariant̃:quod q̃dem ꝓductio
ne & correptione diſtinguimus. Nã in ntõ actõ & utõ correpta.u.ꝓferunt̃:in
gtõ dtõ & abltõ ꝓducta.Simplex uel unica ẽ:quæ ꝑ oẽs caſus uniformiter cur-
rit:nec uſq̃ in declinatione uariat̃.ut frugi:neq̃:nihil: Hæc ẽa gręcis aptota dicũ
tur quæ a prĩa ſui poſitiõe non cadũt.Haꝝ ſenaria modũ unũ hẽt & ẽ uniformis.
Q uinaria modos duos admittit.Primũ dũ in declinatiõe:caſus ntũs & uo.ſociã-
tur:ut pr̃:mr̃.Scđus cum dtõ abltũs ſimilis eſt:ut docto.Q uaternaria fit modis
ſex.Primus cum in uno noĩe:gtũs & dtũs ſimiles ſunt:& uocati.& abla. ut æneas.
Secũdus modus:cũ ntũs & uocatiuus & dtũs & abla.ut aper caper.Tertius mo
dus:cum gtũs & uocatiuus:ſimiles ſunt:& dtũs abla.ut Virg.Q uartus modus
cũ noĩatiuus & uocatiuus ſunt ſimiles: & gtũs cũ dtõ:ut dies res ſpẽs.Q uintus
cum ntũs & gtũs & uoca.ſibi ſimiles ſunt cæteris diſtantibus:ut panis canis.Sex
tus cum oĩa neutra genitiuũ ĩ s litterã mittũt ut ſidus.Ternaria itẽ fit modis ſex.
Primus quotiens ntũs & gen.& uo.in is exeunt:& dati.& abla.in i:ut agilis faci-
lis.Secundus quotiẽs ntũs & geni.& uoca.in us.da.& ablati.in u ut portus.Ter
tius cũ ntũs ſin.ĩ a exit:ut poeta.Q uartus quotiens ntũs:da.uoca.& abla.ſibi cõ
gruũt:ut thyſbe.Q uintus quotiens in o exeũt fœminia:q̃ ſũt græca:ut Sapho.
Sextus in oĩbus neutris q̃ in i litterã terminant gtũm:ut ſcãnũ.Bipartita:cũ ntũs
accu.& utũs ſimiles inueniuntur.Itẽ gtũs dtũs & abltũs:ut genu:ueru. Hæc.n.
duobus tãtũ modis in declinatiõe uariant̃:q̃d q̃dẽ ꝓductiõe & correptiõe diſtin
guimus.Simplex uel unita:cũ ꝑ oẽs caſus nomẽ uniformiter currit:& nuſquã in
declinatiõe uariat̃:& fit in iis:q̃ ẽt a græcis aptota dñr:& a prima ſui poſitiõe nõ
cadũt:ut frugi neq̃ nihil.De qua forma ſunt ẽt noĩa nũeroꝝ indeclinabilia:a:q̃t-
tuor uſq; ad cẽtum.Nam ab uno uſq; ad tres.per omnes caſus numeri declinant̃:
& itẽ a ducẽtis:& deinceps p̃ter mille.Sunt quoq; alio gñe monoptota:quæ per
abltũm tantũ modo enunciant̃:& ob id monoptota dicunt̃:ut.ſpõte.Itẽ diptota
intelligunt̃ ea:quæ ſingulari nũero:caſu tantũmõ uocatiuo:ſimilr̃ efferũt̃.cæte

ris differentibus ut Iupiter. Triptota ſunt quæ identidem trina ratione tenētur: Prima eſt ꝙ numero ſin.per oēs caſus noīa declinant̄ in plu.tn̄ tribus caſibus tātū efferuntur:ut maria rura. Tetraptota uero intelligunt̄:q̄ ntō & uoca.caſu deficiente:ꝑ cęteros enūciant̄:ut Iouis. Declinatio cōpoſitorū noīum tribus formis ordinat̄. Prima eſt:quotiens aīaduertimus ea q̄ ex duobus nominibus cōpoſita erunt ex utraqꝫ parte declinari.i.cū ambo noīa declinantur:ut populus ro.eques romanus:ꝑtor urbanus:liber pr̄:lōga alba. Secūda eſt cū ea quæ ex ntō caſu ſin. & gtō caſu ſin. & gtō tā ſin.q̄ plu.cōpoſita fuerint ea parte declinari tātū q̄ fuerit ntūs.i. cum prius mouetur poſterius nō declinat̄:ut tribunus plæbis:pręfectus equitum:tribunus militum:pater & materfamilias. Tertia cum ex obliquo & nominatiuo obliquum indeclinabile habebit.i.cum prius uerſa uice non mouetur & poſterius declinatur: ut ſenatus conſultum: plæbis ſcitum. Prouidendum eſt: ut ne ea nomina componamus:quæ aut compoſita ſunt:aut cōponi nō poſſunt.

Chriarū exercitatio in caſus ſic uariatur. Nominatiuo caſu numeri ſingu. Marcus portius Cato dixit: litterarum radices amaras eſſe fructus iocundiores. Genitiuo caſu. M.portii Gatonis dictum fertur:litterarū radices amaras eē fructus iocundiores. Datiuo caſu Marco portio Catoni placuit dicere:litteraꝝ radices amaras eſſe fructus iocundiores. Accuſatiuo Marcum portium Catonem dixiſſe ferunt litterarum radices amaras eſſe fructus iocundiores Vocatiuo: o Marce porti. Cato:tu egregie dixiſti litterarū radices amaras eē fructus iocūdiores. Ablatiuo a Marco portio Catone dictum accepimus:litterarum radices amaras eſſe fructus iocundiores. N.P.hi M.portii Catones dixerunt:litterarum radices amaras eſſe fructus iocundiores. Hoꝝ Marcorum portiorum Catonum dictum putant:litterarum radices amaras eſſe fructus iocundiores. His.M.portiis Catonibus placuit dicere:litterarū radices amaras eſſe fructus iocundiores. O Marci portii Catones quā pulcherrime dixiſtis:litterarū radices amaras eſſe fructus iocundiores. A Marcis portiis Catonibus dictū nō ignoratur:litterarum radices amaras eſſe fructus iocundiores. Huic quoqꝫ exemplo cæteræ quoqꝫ chriarum declinationes ſubiicientur. Sic.p. Virgili. Maro dixit:auri ſacra fames. Similiter pub. Virgi. Maro dixit: Degeneres animos timor arguit. Itē Marcus portius Cato dixit leges neruos eſſe ciuitatum:itē Demoſthenes orator athenieñ.interrogatus quomodo orator factus ſit:rn̄dit:plus uino īpēdens oleū. Similiter ntō Diogenes cynicus philoſophus:in die:acceſa lucerna:quærebat hominē. Gtō diogenis cynici philoſophi meridie fertur. Dtō diogeni cynico philoſopho placuit in die:acceſa lucernā q̄rere hoīem. Accuſatiuo:diogenē cynicū philoſophū:ferunt in die accenſa lucerna q̄ſiſſe hoīem:id quoqꝫ. Vocatiuo o diogenes cynice philoſophe dixiſti id quoqꝫ. Ablatiuo:a Diogene cynico philoſopho meridie:traditū eſt in die acceſa lucerna quæſitū:hoīem eſſe. Caſus nominatiuus trahit uerbum tertiæ pſonæ:ut dicit:fert̄:nominatur. Loquimur enim ſic Cato ſe uticæ occidiſſe fertur Pōpeius in littore ægypti occidiſſe fert̄:nominatur inter auctores Cælius:Itē Virgi.æneida fecit. Caſus uocatiuus ſecundam pſonā accipit:tanq̄ Virgili.ſcribe:Cicero reſponde. Prima perſona non eget caſu:ſed mittit nominatiuū: ut Seruio ingenuis. Verba diuerſis caſibus apud romanos hoc modo iungūtur: nā cum ab omni ſermone græco:loquela latina pendere uideatur:quædam inuēniuntur uel licentia ab antiquis:uel proprietate latinæ linguæ dicta:ꝑter conſuē

tudiné græcoꝝ:q̄ idiomata appellant̃.Nã inuenimus q̄ grę́ci p datiuum dicunt: hæc a romanis p genitiuũ elata:ut pudet me amoris.Q uæ græci p genitiuũ dicunt:hæc p datiuũ uſurpata:ut pco tibi.Cæteros ité alios caſus pro aliis dictos: quos cũ exéplis in ſuo quoq; loco ponemus.Sunt.xix.p̄terea figuræ:quæ cõſuetudine qdé p aliũ caſum dicunt̃:ab antiquis auté p diuerſum.V tor hac re nos dicimus.Ab antiquis utor hãc ré dictum eſt. Q uæ & ipſa in ſequentibus exponemus. Hæc igitur idiomata multifarie efferunt̃:p uerba:p participia:p appellationes:per aduerbia.Per uerba quidé ſic. Verba genitiuis caſibus ſic iungunt̃. Memor ſum bonorum.Obliuiſcor iniuriæ.Miſereor puerorum.Reminiſcor doloris.Diſcrutior animi & aío dicimus Miſeret me tui.Piget me facti. Pudet me gratiæ. Pœnitet me laboris. Tedet me operis. Venit mihi in mentem huius rei. Doleo uicem tui meam & tuam. Perteſum eſt iniuriæ.Egeo uictus & uictu dicimus. Accuſo te huius rei. Perteſum eſt me tui. Vnde Virgi.Si non perteſum thalami. Sed & datiuo dixerunt: ut Gracchus in Lucium Metellum: Vſq; adeo perteſum mihi eſſe.

Item quædam nomina forma participiorum poſita genitiuo caſu iungunt̃:ut
Patiens laboris.
Negligens amicorum.
Appetens pecuniæ.
Fugitans litium:ut Teren.
Cupientiſſimus legis: ut Sall.ſuplatiuo facto ab eo quod eſt cupiens: quoniam participia: & accuſatiuo copulantur: ut
Appetens pecuniam.
Fugitans litem.
Cupiens legem. Et cætera huiuſmodi figuras ſuorũ uerborum ſectantur.
Q uæ autem pro appellationibus ſumuntur: hæc genitiuum admittunt: ueluti.
Amans filii.
Egens pecuniarum.
Ité omnes appellationes quæ in tor terminantur deriuatæ a uerbis eundem genitiuum caſum ádmittunt: ueluti
Cupitor ſum huius rei.
Certus ſum huius rei &
incertus.
Inſcius ſum doloris
Dubius itineris.
Cupidus honoris.
Ignarus belli.
Securus amoris.
Studioſus picturæ.
Conſcius facti.
Plenus bonorum:
Compos uoti.Etſi q̄ aliud inuéiẽt:ita figurat̃.
Pauca ſunt q̄ caſum non reqrũt:ut oriés:& alia ut ſnia poſcit caſum recipiũt:ut negligés ſũ ſ hac re:& ex p̄terito ité participioꝝ noĩa ſicut appellatiua aut ſecundæ noĩum declinatiõis aut quartę.Secũdæ:ut pfect⁹:execratus:apt⁹. Q uartæ:ut riſus. Sed hæc noĩa quæ ex præterito tpe participioꝝ fiũt:non habent caſus ſcdæ declinationis:ex quibus genitiuũ quædam recipiunt.
Victus animi.
Expertus belli
Expertus autem belllum per accuſatiuum fit participium.
Verbum enim huius participii:ideſt experior:accuſatiuũ récipit caſũ: ut
Experior diſcipulos
Similis ſum tui moribus.
Intereſt illi⁹ tertiæ perſonæ ſic effertur: nam prima intereſt mea:ſecunda intereſt tua.Similiter refert mea:refert tua refert illius.
Per ablatiuum autem ſic: ut dignus hac re: & ſi qd tale aliquid inueniatur p utroſque caſus id affiguratur ut Dignus ſum huius rei & hac re.
Sed prius græca figura pfert̃. Apud illos enim genitiuo caſu iungit̃: ut αξιοσ ειναι τοῦ του του πραγματοσ.
Amans mei.
Plenus huius rei & hac re dicimus.
Ablatiuo: uerſus ille teſtatur. Virgi.Crura thy

mo plenæ.
Idem: Plenamq́ꝫ ſagittis
Threicis pharetram. Ait
autem Teren. Plenus ri-
marum ſum.
Verba quibus hæc con-
ueniunt.
Suadeo tibi.
Cedo potenti.
Miniſtro parenti.
Dono propinquo.
Subſcribo epiſtolis.
Pareo legibus.
Reſideo prouinciæ.
Adimo & aufero & demo
& ſubduco tibi uitium.
Dico & obiicio tibi.
Excidit mihi ſcalprum.
Succurrit mihi hæc res.
Subeo oneri.
Impropero tibi.
Præpono te illi.
Antepono diuitiis amicũ.
Præfero antefero nummis
amicitiam. (bi
Corripio arripio rapio ti-
Parco peccanti.
Noceo tibi.
Euello eruo illis oculos.
Franco minuo rumpo illi
caput.
Præcipio tibi.
Abduco tibi.
Rependo tibi.
Conſulo prouideo proſpi
cio tibi.
Anello amico.
Similis ſum tibi figura.
Subtraho amico.
Obſtrepo illi.
Obripio iudici.
Extorqueo uolenti.
Vacat liquet mihi.
Derogo tibi.
Supplico tibi.

Studeo litteris.
Creſcit illi.
Adſum clienti.
Proſum omnibus.
Obſum inimicis.
Præſum prouinciæ.
Alienus ſum tibi.
Ante ſto & pſto tibi & an
te eo datiuo dicimus: ut
Cice. Omnibus intelli-
gẽria anteibat. Item de
deorum natura lib. iii.
Hoĩes oĩb' beſtiis añce
dũt. & Sal. Præſtare cæ
teris aĩalib'. Sed & accu
ſatiuo: ut Virgi. Vel ma
gnum præſter Achillẽ.
Anteeo quoq́ꝫ illũ accu
ſatiuo caſu: ut Terẽ. Ho
rum anteeo ſapientiam.
Plautus. Multos uirorũ
anteit ſapientia.
Largior amico.
Inſidior hoſtibus.
Medeor ægroto. hoc aũt
perfecta ſpecie caret.
Anteferor omnibus.
Præferor uobis.
Conuicior debitori.
Gratulor uictori.
Præuaricor obnoxio.
Patrocinor patriæ.
Ancillor amicor blandi-
or magiſtro.
Imprecor malis.
Moderor Miſereor tibi.
Furor tibi.
Sũt etiã plurima idioma
ta: quę ex noĩbus oĩum
declinationũ ordinanť:
& p dtũm cõiuncto alio
uerbo efferũť: nõ tamẽ
Omnibus generib' ue-
luti primæ coniugatio-
nis: fœminio genere: ut:

Curæ mihi eſt doctor.
Miſeriæ mihi eſt labor.
Infamiæ mihi eſt amor.
More illi ſum.
Gloriæ mihi eſt patria: &
ſimilia.
Secũdę genere neutro: ut
Vicio do hanc rem.
Teſtimonio tibi ſum.
Auxilio tibi ſum.
Præſidio conſilio commo
do gaudio mihi eſt aduer
ſarius.
Bono mihi eſt ueritas.
Argumẽto mihi ẽ pbitas.
Muneri tibi do librum.
Pignori do ueſtem.
Oneri eſt mihi hæc res.
Cordi mihi eſt amicitia.
Item maſculini generis.
Dolori & terrori mihi eſt
iudicium.
Honori ducitur apud nos
hæc res.
Vſui tibi ſum.
Riſui mihi eſt hoc.
Riſui hominem habeo.
Deſpectui te habeo.
Quæſtui mihi ẽ hæc res.
Sunt nomina quæ datiuũ
caſum trahunt.
Intentus ſtudiis.
Inimicus malis.
Audiens dicto.
Inuidus pari.
Maliuolus bono.
Proximus ſtudenti.
Habitabilis uiæ.
Vtilis uirtuti.
Aptus ſcænæ.
Grauis patribus.
Sunt alia q̃ accuſatiuũ ea
ſum trahũt: ſed figurate.
Exoſus bella.
Alia ablatiuum: ut.

Secundus ab Hercule
Quartus a Perſeo
Alia ſeptimum:ut
Mactus uirtute.
Inſignis fama.
Væhemens facundia.
Infirmus ætate.
Glorioſus eloquentia.
Incuſatiui idiomata:quę ex uerbis naſcũtur:& in accuſatiuum efferũtur.
Accuſo adulterum.
Inſimulo illum.
Interrogo & poſtulo te
Excuſo innocentem.
Adiuuo timidum.
Interpello conſularem.
Aequo magiſtrum
Aequi per patrem.
Vſurpo antiquitatem.
Increpo ſeditioſum.
Impetro honorem.
Inchoo opus.
Derideo imperitum.
Iubeo famulum.
Mereo ſubſcriptiõem ſti pendium & coronam.
Moneo puerum.
Inuideo illi pl'chritudinẽ.
Admoneo illum hanc rẽ.
Refero ad patrem.
Decet me dignitas.
Aſſideat te & tibi honor.
Attendo te oculis.
Attendo tibi mente.
Manet te. Virgi. Te quo ꝗ magna manent nr̃is penetralia regnis. Item. Qui te cũq manẽt iſto certamie cãus: Et me tũr ne manẽt. Et te turne ne fas te triſtẽ manebit ſup plicium. Idẽ: Tamen hæc eadẽ matriꝗ tuæ generiꝗ manebunt.

Et tibi pœna manet.
Corripio tardum.
Incipio hiſtoriam.
Irruo in hoſtem.
Impetum in te facio.
Irrumpo in beſtiam.
Tango genua.
Cupio magiſtratum.
Repræhendo rectorem.
Appeto amicitiam.
Conſulo rectorem.
Arguo hominem.
Acceſo eum & animaduerto eum.
Negligo mandatum.
Contemno legem.
Deſpicio prætextam.
Sperno militem.
Accedo tibi & ad te.
Eadem tibi ſentio.
Peto domum.
Offendo iudicem.
Concedo tibi munus.
Labefacio hominem.
Concupiſco domum.
Corrigo peccantem.
Non amplius unam noctem ſentio honorem.
Conuenio medicum.
Impedio lectorem.
Audio oratorem.
Commuto culcitram.
Adeo præſidem.
Memini hãc rẽ & hui' rei:
Et iperſonalia. Iuuat me.
Decet uirginẽ: ſic pœnitet & piget.
Comitor amicum.
Comitor amico p abltũm paſſiua ſignificatiõe fit.
Calumnior uiduam.
Conor magnam rem.
Execror meretricem.
Criminor ſacrilegum.
Aſpernor pauperem.

Deſpicor uicinam.
Periclitor hoſpitem.
Recordor ſpeciem.
Reminiſcor factum & facti & facto.
Ingredior forum.
Aggredior pactionem.
Obliuiſcor hanc rem & huius rei.
Mereor laudem.
Intuor imaginem: & intuitus ſum.
Sequor herum.
Conſequor dignitatem.
Adipiſcor premium.
Alloquor commilitones.
Nanciſcor occaſionem.
Partior fortunam.
Adorior hominem.
Inuehor in hominem æmulum & inuectus ſum.
Ordior hanc rem.
Experior notarium.
Ablatiui idiomata quæ ex uerbis naſcuntur.
Libero puerperam dolore.
Onero aſinum ſalibus.
Satio ſeruos pane.
Saturo te pulmento.
Abdico filium domo.
Priuo malum dignitate.
Milito ſub illo.
Suſtineo me arte mea.
Fraudo latronem depoſito
Orbo crudelem filiis.
Regno in urbe.
Impero gentibus: & frequentatiuum imperito.
Vaco culpa & ſcriptura militiæ.
Sacrifico uictima.
Communico cum illo & te cum furto.
Tempero me uino.
Poſtulo a iudice.

Exulto uictoria.
Flagro amore.
Exęquo te cum deteriore
Comparo te cum deo.
Pugno cum riuali.
Certo cum æmulo:certo autem tibi.
Litigo cum amico.
Ardeo cupiditate.
Careo cupiditate.
Priuo te lumine.
Prohibeo te lumine.
Abſtineo te cibo.
Pēdeo te ſed melius ex te
Egeo laude & indigeo.
Impleo te uino.
Item cū præpoſitione ablatiuū caſū trahūt hæc ita
Abhorreo ab illo:Lucretius.
Vulgus abhorret ab hac
Diſcedo a petulante.
Deſiſto ab incœpto.
Diſcrepo ab ignauo.
Diſſentio ab æquitate.
Item nomina:ut.
Oriundus ex aphrica.
Longinquus ab achaia.
Diuerſus a peccato.
Itē p ablatiuū efferimus.
Emo aſſe:& per genitiuū aduerbia hęc duo:ut gręci:quāti emiſti:tāti emi.
Afficio te gaudio.

Deficio luctu.
Imbuo aram ſanguine.
Intendo te oratione.
Contendo cū improbo.
Confligo tecum.
Iungo tecum minore.
Concubo con uxore.
Coeo cum muliere.
Cōfero te cū potētiore.
Cedo poſſeſſione.
Interdico illi amicitia.
Velo te ueſte.
Induo te armis.
Liberor moleſtia.
Donor imagine.
Oneror uino.
Satior cibo.
Saturor pulm ento.
Abdicor prætura.
Suſtentor arte.
Fraudor depoſito.
Priuor dignitate.
Afficior lætitia.
Imbuor ſanguine.
Inundor iracundia.
Lętor labore.
Glorior uictoria:
Domior græcis & domi natus ſum.
Dignor te ſalutatione.
Comitor ruſtico:Comitať autē illum actiua ſignificatiōe p actūm:
Sermocinor te cum.

Luctor cum athleta.
Imperſonale conuenit mihi tecum.
In gratiam te cum redeo.
Gaudeo agricultura.
Bene mereor de te.
Male mereor de illo.
Vtor toga. Vir.Vtere ſorte tua.Sed hāc rem utor. ueteres dixerunt.Quod illa ætas magis ad hæc utēda idonea eſſet.Item nam in ꝑlogis ſcribundis operam abutitur:& abutor charta.
Nitor baculo.
Labor cauſa uel cogitatione uel propoſito.
Diuellor a te.
Auellor auulſus ſum.
Diſtrahor:a comite.
Fungor officio & honore
Sed ueteres fungor hanc rem dixerunt.
Defungor muneribus & periculis & uita.
Fruor diuitiis ſpecie perfecta caret.
Alienus a crimine.
Indignus parentibus.
Contentus paucis.
Incenſus amore.
Orbus patria.
Fuluus oculis.

Ex his nominibus quædā accipiunt ſuū uerbū & faciunt ui uerbi:ueluti contētus ſum:fictus ſum:orbus ſum:raucus ſum:Et oēs cōparatiōes abltūm recipiūt ueluti ſtudioſior fratribus:agilior pře.Opus eſt mihi monito:opus mihi fuit:Sed ueteres p incuſatiuū hæc idiomata ſæpiſſime qdē ꝓtulerūt.Opus eſt mihi hanc rē.Sed apud ueteres inuenimus hoc dici p oēs caſus pręter uocatiuū.Veluti eſt opus mihi hæc res:huius rei:huic rei:hāc rē:hac re.Illud autē eſt obſeruandum maxime.Nam ut græci dicunt χρειαν εχω χρειαν ειχον: nos non dicimus opus habeo:opus habebā ſed opus eſt mihi:opus erat mihi.Et quod illi dicunt ϖατηρ βουλεται σου nos dicimus pater uult te:præceptor uolebat te:& ſimilia.Præterea multa ſunt quæ p ablatiuū caſum romani ſolent efferre.Immenſa enim eſt huius caſus licentia & utunť eo ſæpiſſime pro duobus ca

ſibus genitiuo & datiuo. Nam multa quę græci per hos caſus dicũt nos per ab latiuũ efferimus ꝑ noīa & ꝑticipia: & pro gtõ accipiunť. Per noīa ſingulariter. Põpeio conſule. Pluraliter. Põpeio & Craſſo conſulibus. Duce patre: ducibus patribus. Varia uictoria bellum. Homo mira eloquẽtia. Magnis uiribus adole ſcens. Bona forma mulier. Et ſimilia per noīa & participia inſtãtis temporis ſic. Deo uolente: & diis uolentibus. Te præſente: & nobis præſentibus. Cedẽte ad uerſario uici. Cedentibus aduerſariis uicimus. Audiente ipſo præceptore legi. Audienribus ipſis præceptoribus legimus & ſimilia. Per participia pręteriti tẽ poris ſic. Peracto tpe peractis tẽporibus. Cœpto bello. Ita actis: recitatis litteris: & ſimilia: ſed in hoc pæterito tẽpore: abltũs & pro nominatiuo accipitur & intelligiť ꝓ iſinitiuo tpe: αοριςον græci uocãt: & apud nos eſt in participiis ue luti ſingulariter: audito hoc uerbo rñdit. Pluraliter: auditis his uerbis rñderũt. Pluralirer & ſingulariter auditis his uerbis rñdit. Inuenta ueritate tacuit. pacta oratione ſedit. Viſo fratre gauiſus eſt. & cætera quæ ſunt ſimilia.

Pro datiuo ſic utimur ablatiuo: ueluti ex prima declinatõe noīum ſingulariter.

Cura conſumitur.	Ex quarta.	
Cura conſumuntur.	Aeſtu ſolutus eſt.	Hoc anno non uidi eum.
Ex ſecunda.	Et cum pronominibus.	Hac uia.
Studio te uinco.	Hoc tẽpoꝛ nihil habeo.	His rebus & ſimilia.
Ex rertia dolore uictus ē.	Illis tpib' ualuit hęc lex.	

Hactẽus de ablrõ caſu: cæteꝝ. ab his qdẽ diſcrepam': qui etiã ſeptimũ caſum aſ ſumunt: qui eſt abltõ ſimilis: ratione aũt non congruit: cuius differẽtiã inſerere nõ piguit. Ita caſus ablatiuus præpoſitiõe ſemper recipit & uno modo ꝓfertur cum a perſona ablatũ quid ſignificet: aut a re aut a loco: cuius uis apud græcos bipartita eſt. aut enim per gtũm: aut per aduerbia localiter poſita: & a nomine deriuata explicabiť. Per genitiuũ ſic: cũ a perſona ablatũ quid ſignificeť: ueluti. Ab oratore accepi. Item ex libro Ciceronis εκ το βιβλίου κικερωνοσ intellectũ eſt. Per aduerbia autem quæ a loco ſignificatum demonſtrãt: ueluti. A roma in aphricã rediit: uel A troia uel ilio nauigauit æneas: quod apud illos in terp̃tať aduerbialirer ſic. Τροιηθεν ιλιόθεν επλευσεν αινειας. Itẽ & cætera ſimiliter. Septimus uero caſus: his præpoſitionibus: quæ ablatiuo caſui cõueniunt ſubtractis: profertur modis quattuor. Primo cum in perſona: aut in loco: aut in re intelligiť: ueluti i Scipione militaris uirtus emicuit. In mõte caucaſo pœ nas luit prometheus. In ſtatua Ciceronis uictoria coniuratoꝝ ſcribiť. & interp̃ tatur talis figura ꝑ datiuũ. Quæ regula etiã in noībus. quoꝝ datiuus & abltũs idẽ ẽ obſeruať: ut ab hoc Virgilio: huic Vir. & ab hac ſecuri: huic ſecuri. ab hoc ſuaui: huic ſuaui ſecundo cũ duo ablatiui copulati genitiuo græco interpretãtur. uelut ducente deo: elapſus eſt æneas. Incuſante Cicerõe Catilina cõuictus eſt. Studente ſacerdote differentia inuenta eſt. Item multũ intereſt utrum dica mus ab hoc preſenti accepi: an hoc præſente ab alio accepi. Similiter ab oratore uenio & oratore magiſtro utor. Tertio modo cũ hãc figurã grę cã latine di xerimus: ſpe poſſe: uoluntate latrocinandi: conſilio inſidiandi. Quarto ut ſcau rus rettulit: cũ latinũ eloquium in quodam uerbo deficit: uelut in illo. Nullo timore hoſtium caſtra irrupit. Nulla ſpe rerum potiundi. Vallo: foſſa: mœnia circundat. Nullis cuſtodibus palladium ereptum eſt. Nullis inſidiis palam ui

ctus eſt hoſtis. Vbiq́.n.deficit latinus ſermo.ſ.ideo quia duo ablatiui nominales ſunt copulati:quod ſi unus pticipalis ſit non deficit latinus ſermo: ſed plenus eſt ut ſupra relatum eſt.Ducente deo elapſus eſt æneas:&c.quæ ſcđo expoſuimus: Idiomata omnium caſuū:quæ ſupra:genitiui datiui:& accuſatiui:& uerbum paſ ſiuū:diſcrutior animi animum & animo.Arectus ſum animi & animū. Diſcrucia tus ſum. Genitiui & ablatiui nomina.Diues ſum agrorum:& agris.Fœlix huius rei & hac re. Genitiui accu.& ablatiui aſſis & aſſem & aſſe:& iūctum uerba acti ua præſto omnibus:& omnes:ideſt melior ſum. Præſto autem tibi:præbeo tibi: derogo tibi & illi. Plus mihi derogo:plus mihi abrogo. Tertiæ accuſatiuū de- traho tibi:& de te.Primæ moderor militibus:& milites moderatus ſum.Medeor puero:& puerum medicatus ſum.Datiui & ablatiui ſecūdę actiuæ timeo patriæ & de patria.Tertię actiuæ metuo tibi:& de te.Incuſatiui & genitiui ſcdæ actiuę. Admoneo te meritū:& meriti admonui. Corruptum actiui:memini patronum & patroni. Paſſiuę tertiæ.Reminiſcor hoſpitem:& hoſpitis:ſpeciem perfectam non habet. Obliuiſcor cognatum.& cognati oblitus ſum.Incuſatiui & ablatiui ſecūdę. Oleo unguētū.Ci.in Antonium.Vinum redolentibus & marſus hircū. Terē.Olet unguēta de meo.Ouidi.autem uitioſe:hac re oleo.Perq́ locos ſacros & olentia ſulphure fertur.Et Virg.quidam putant ſic dixiſſe.Redolētq́ thymo fragrantia mela.Sed fruſtra.Eſt.n.ordo redolent:mella fragrantia thymo.nam fragrare quidē ablatiuo dicimus caſu.& redoleo cū præpoſitione. Tertiæ.Ce- do fortiori palmam:& palma ceſſi.Concedo poſſeſſionem:& poſſeſſione conceſ ſi.Offendo glebam:& gleba offendi.Aduerbiū Clam cuſtodem & cuſtode:& clā culū & clanculo.Genitiui & incuſatiui & ablatiui ſcdæ.Inuideo tibi gloriæ glo- riam & gloria. Tertię Potior regni:ut Cic.Rex̄ potiri uolūt:& regnū:ut Terē. Patria potit̄ commoda:& regno:ut Virg.Et auro ui potit̄:& Ouidi.Mars uidet hanc:uiſamq́ cupit:potiturq́ cupita Genitiui & ablatiui nomē.Plenus ſum gau dii:& gaudio.Secūdæ egeo uictu & uictus egui:& indigeo & indigui & indigus. Paſſiuū ſecūdæ:ut impleor carne:& completus ſum.Ablatiui & datiui primæ. Opto diis:& a diis.Ablatiui & incuſatiui ſecūdæ.Caueo mihi a latrone:& latro- nem caui.Pręcor ab Ioue:& iouem. Paſſiuum tertiæ.Induor tunicam:& tunica induor:Idiomata:quæ ueteres q̄dem per actūm tulerūt.nos autem per dtūm ſe- cundum græcos efferimus. Actiuæ primæ.Obiurgo filium ueteres dicebant: Nos autem obiurgo filio per dtūm:ut Græci:Excanto te:nos excanto tibi:Per actiuū.Illi ſecūdæ impendo te:nos impendo tibi.Tertiæ:attendo legentem:nos attendo legenti.Aduerto te:nos aduerto tibi.Aſſideo ſocium:nos aſſideo ſocio: Illudo hominem:nos illudo homini.Pręſtolor nutricem:nos præſtolor nutrici. Sed hoc ueteres ſecundum græcos.Quid tibi futurum eſt:nos q̄d te futux̄ eſt?

De Nomine. Cap. ii.

NOmen eſt pars orōnis cū caſu ſine tēpore rem corporalem proprie cōi- terue ſignificās:proprie:ut Roma tyberis.cōiter ut urbs flumē.Sed ex hac diffinitione Scaurus diſſentit.ſepat.n.a noīe appellationē & uoca- bulū:& hox̄ trina eſt diffinitio talis.Nomen eſt quo deus aut hō ꝑpria duntaxat diſcriminatione pronunciat̄:cū dicit̄ ille Iuppiter:hic apollo:Cato iſte:hic Bru tus.Appellatio quoq́ eſt cōis ſimiliū rex̄ enunciatio ſpecie noīs:ut hō:uir:fœmi na.mancipiū leo:taurus.hoc enim aio auribuſq́ audientis affert animalium eſſe

quidem duo genera tantũ:ſed ſine ſpeciali diſcriminatione:nam neq̃s hõ:ne quis uir:ne q̃ fœmina:ne quod mancipiũ:nec qualis leo:raurusue eſt diffinit̃.appellationi fere accidũt eadem:quæ nomini. Itẽ uocabulũ eſt:quo res inanimales uocis ſignificatione ſpeciem nominis enũciamus:ut arbor:lapis:herba:toga: & his ſimilia. Vocabulo accidũt eadem:quæ appellatiõi.Nomen autem dicitur quod unam quanq; rem monſtrat ac noter quaſi notamen media ſyllaba per ſincopen ſubtracta:uel a græca origine παρα το ονομα.Nomini accidunt obſeruationes hæ:qualitas:genus:numerus:figura:cõparatio:caſus.Q ualitas noĩum bipartita eſt:aut.n.propria ſunt noĩa:aut appellatiua.Q uædam propria ſunt & appellatiua.propria ſunt quæ propriam & circũſcriptã q̃litatẽ ſpecialiter ſignificant. Itẽ quę unica & ſola ſunt deoꝝ:ut Iuppiter:& quæ bina:liber pr̃.hoĩum:ut Romulus:urbiũ:ut Roma.ꝓuinciaꝝ:ut aphrica:inſulaꝝ:ur Sicilia:mõtium:ut pyrene:fluminũ:ut tyberis.Proprioꝝ nominũ quattuor ſunt ſpecies:prænomẽ:nomen:cognomen:agnomẽ.Prænomẽ eſt quod noĩbus gentiliriis pręponit̃:ut M. Publ.Cn.Nomẽ propriũ eſt gentilitiũ:ideſt quod originẽ gentis uel familię declarat:ur Portius:Cornelius:Iulius.Cognomẽ eſt:quod uniuſcuiuſq; proprium eſt:& noĩbus gentilitiis ſubiũgitur:ur Cato:Scipio:Cæſar.Ordinantur enim ſic. M.Portius.Cato.P.Cor.Scipio.C.Iulius Cæſar.Agnomen quoq; eſt quod extrinſecus cognomentũ adiici ſolet ex aliqua ratione.uel dicit̃ quæſitũ:ut eſt Cenſorius Aphricanus Numantinus & ſimilia.Huiuſmodi autẽ noĩum ordinatio,ſicut Aruntius Claudius aſſerit a græcis tracta demonſtrat̃.Q uæ q̃dem ut ſit magis intellectui perſpicua:ad imaginẽ illoꝝ eſſe cõpoſita.Exẽpli gratia hęc ſubiicienda decreui.Apud illos Alexander pronymos eſt:quod nos prænomẽ dicim⁹. hoc gentilitiũ nomini præponit̃.Eſt autem gentile nomẽ dardanus:quod originem familiæ declarat.Tripartita poſt modum frequentauit compoſitio:uice cognominis:ſpecialiter poſita:gentiliq; nomini ſubiuncta.Eſt aũt cognomẽ:quod cuiuſq; perſonæ propriam notat diffinirionẽ.Nã in eadẽ gentilitate multi dardanii.Sed ad cognoſcendam cuiuſq; proprietatẽ:& quis ex multis intelligi debeat: oñdit:ut eſt paris.Summunt̃ aũt tripliciter pręnomina:aut a qualitate:uel quãtitate corpis:ut eſt apud nos:uel animi:uel facti:ſicut apud illos a factis:paris eſt cognominatus.Eodem mõ Achilles prænomen eſt:nomẽ eacides:pernix uero: hoc eſt ωκυσ uel ταχυσ:cognomen ſpecialiter poſitũ a facto.i.a pedum uelocitate:ut eſt apud Homeꝝ πωδασ ωκυσ αχιλλευσ.Si q̃s ergo uelit hæc tria ſimul copulare ſic ordinet.Achilles eacides celer ſiue ωκυσ.Pirrhus eacides neoptolemus:Alexãder dardanus paris.His autem accidit agnomen aliqua uirtute forinſecus quæſitũ:quod epigenetã græci dicũt:quo cognomina diſcriminant̃: ut eſt Vlyxi agnomen polidas:Nã prænomẽ eſt:ut ait ibicus:Vlyxes:nomẽ acciſiades:odiſecus:& ordinat̃ ſic.Vlyxes acciſiades odiſecus.Agnomẽ polidas.Nõ fere tñ oĩa nomina quattuor ſpecies admittunt.Q uædã inueniuntur apud illos unica uel dionima:ut palæmon melicertes:aſtyanax ſcamãdros:& ſimiliter alia ſicut apud nos.Numa Põpilius:Tullus hoſtilius:Ancus Martius:Seruius Tullus.M.Antonius.L.Paulus.Itẽ alia noĩa & prænoĩa aut ſingulis litteris notant̃: aut binis aut ternis.Appellatiua nomina ſunt quæ generaliter communiterq; dicunt̃:Hæc in duas ſpecies diuidunt̃.quaꝝ altera ſignificat res corporalis:quę uideri tangiq; poſſunt:ut homo arbor.Altera incorporales quæ ĩtellectu tãtũmo

do percipiuntur: uerum neq; uideri nec tangi poſſunt.ut deus:pietas:iuſtitia di-
gnitas.Sunt aũt ꝓpria & appellatiua: ut clemens:maximus:pius:uir:uindex:fi-
lius.Sed hęc oĩa noĩa abſoluta dicuntur.Et ſingulis quibuſq; rebus perſoniſue:
poſita ſunt noĩa:quæ gentẽ ſignificant:ut afer:dacus: hiſpanus:alia priam:ut the
banus Romanus.alia numeꝝ:ut unus duo.alia ordinem.ut primus ſecundus.ſed
prius de multis: de duobus prior dicit̃:ſic ut de duobus alterũ dicimus: de mul-
tis aliũ.Quędam facta a ſonis quæ græci ποιητικα dicunt:ut ſtridor: clangor:
hinnitus:mugitus:Quædam deſcẽdunt ab aduerbiis:ut externus:hodiernus:cra
ſtinus:ſerus:nimius:citus:a ꝑticipiis: ut laudabũdus:ludibũdus.Sũt ẽt alia ꝑtici
pium ſonantia:ut clemẽs:ſapiẽs:alia uerbis ſimilia:ut contẽplator:uerbero:erro:
epulo.Sũt qdã poſitione ſingularia ĩtellectu pluralia quæ græci περιληπτικα
nominãt:ut cõtio:populus exercitus.Et quædã q̃ græci βιβλιοθηκη nominant:
ut bibliotheca.alia quæ nomen traxerunt ex his.quæ continent̃. quæ græci πε-
ριεκτικα nominãt:ut uinetũ:roſetum.Sunt quædã nomina quæ per ſe ſine alte
rius partis orationis adminiculo intelligi non poſſunt.ut pater: frater. Recipi-
unt enim ſibi illa:per quæ intelligant̃:ut meus tuus:hęc a gręcis προσι appellan
tur.i.ad aliquid & ſimila: προσι προσεχοντα.i.ad aliquid quodãmõ attenden-
tia:uel taliter qualiter ſe habentia:ut dexter ſiniſter.& hęc comparatiuũ gradum
admittunt:ut deſterior ſiniſterior. ſunt quoq; quædã noĩa quę una loquela plu
ra ſignificãt: ut nepos:acies.ſignificat.n.nepos & certũ cognationis gradũ & cõ
ſumptorẽ.ſimiliter & acies oculoꝝ: & ferri:& exercitus. ſunt alia ſynonyma uel
polyonyma:quæ pluribus loquelis idem ſignificant: ut terra humus:enſis: gla-
dius:mucro.Quædã mediæ poteſtatis:quæ adiecta noĩbus ſignificationẽ a cõ-
iunctis ſumunt:ut magnus fortis.Hæc.n.per ſe nullũ intellectũ habẽt.Et ideo a
quibuſdã adiectiões dñr ut magnus uir.fortis exercitus.Sunt q̃ a græcis επιθετα
dñr:quæ quibuſcũq; perſonis adiiciunt̃:uel laudandi uel uituperandi grã: Hæc
ſumunt̃:a qualitate animæ:ut ſapiens:demens:pudicus:turpis: bonus:malus:&
a qualitate corpis:ut formoſus: deformis:aut a quantitate: ut ſublimis:humilis:
procerus.aut extrinſecus:ut purpuratus:palliatus.in hac ſpẽ: uittata ſacerdos:
& pharetrata camilla:aut a qualitate facti:ut eſt:lauſus equum domitor debella
torq; feraꝝ.Et ipſe doli fabricator epeus:aut ab accidẽtibus tracta:ut cæruleus:
ruber:beatus:diues:pauper:aut a q̃litate naturæ ſumpta:ut ignis edax.Sed hæc
omnia q̃q̃ ſpecies ſunt noĩum:abſolute tñ noĩa dicuntur.Sunt quædã participia
lia:quæ græci μετοχικα dicunt:ut mõs:fons:uilla:ſchola:hortus.Ex his naſcunt̃
deriuatiua:quæ apud græcos παραγογα dicunt̃:ut fontanus:montanus:uilla
ticus:ſcolaſticus:horticus.Deriuant̃ aũt nomina modis ſeptem.aut enim patro-
nymica ſunt:aut poſſeſſiua:quæ κτητικα dicũtur:aut patronyma:aut uerbalia:
aut comparatiua:aut ſuperlatiua:aut diminutiua.Patronymica ſunt quæ a patre
ſumunt̃:ut pelides:priamides.Abuſiue ſæpe ẽt a mr̃e fiunt:latonius apollo: phy
lirides chiron:Inous palæmon.pleiades:aut ab auo:ut æacides.aut ab auia:ut le
dea hermione.aut a fratribus:ut phaetontiades:& laodomius heros.aut a maio-
ribus:ut belides palamedes.aut a maritis:ut helẽa menelais.aut a filiis:ut althea
meleagris:ſicut Ibicus gręcus rettulit.Poſſeſſiua ſunt:ut euãdrius enſis:& æneia
puppis:& romuleoq; recens horrebat regia culmo. Et phinea poſtq̃ clauſa do-
mus.& ante agamemnoniam gratiſſima tecta mycenę.Hæc interdũ poetę qua-

ſi patronymica proferunt:ut eſt oreſtes Agamēnonius. Sed quod patronymicū
eſt poni quaſi κτητικον non poteſt. Paronyma ſunt: quæ ab alio quodam trahun
tur: & nihil de ſupra memoratis ſignificant: ut equus: eques. ρηματηκα ſunt: quę
a uerbis deriuant̄ noīa. hęc non abſurde uerbalia noīa dixerimus, ut dico, dictio:
ut in compoſitione ꝑdico quod eſt tertiæ coniugationis ꝑdictio: aut in altero qđ
eſt primę ꝑdicatio. Item lego lectio: oro oratio: parco parſimonia. Comparatiua
ſunt: cum aliquem: uel ſuo: uel alieno generi cōparamus: ut fortior. Superlatiua
ſunt cū aliquē comparamus ad oēs. ut fortiſſimus oīum. Comparationis gradus
ſunt tres: poſitiuus: qui & abſolutus: cōparatiuus: ſuperlatiuus. Abſolutio eſt ela
tio ſine comparatione: ut fortis. Cōparatio eſt elatio cū relatione ad alium: ut for
tior. Superlatio eſt enunciatio cum ſuperlatione ad oēs: ut fortiſſimus. Ex tribus
cōparatiuus gradus ſemꝑ eſt gn̄is cōis. Cōparant̄ autem noīa: quę aut q̄litatē aut
q̄titatem ſignificant. Sed quædā non amplectunt̄ oēs gradus. i. nō ꝑ tres gradus
ſunt. nam oīa qualitatum noīa ſex retinent formas: quas inferendas putauimus.
aut. n. incipiūt: aut ſunt: aut ueniunt: aut adiiciunt̄: aut inueniunt̄: aut exeūt. In-
cipiunt cū cōparatiuo: deficiente gradu ſuperlatiuo: poſitiuū tātum hn̄t: ut me-
diocris rudis ſobrius ſingulus. Sunt quę expoſitiui imagine per oēs gradus for-
mant̄: ut fortis fortior fortiſſimus. Veniunt: quæ poſt poſitiuum: & gradus cæte
ros: imaginem alterā ſumunt: ut bonus: melior: optimus: malus peior peſſimus.
Adiiciunt̄ cū extrinſecus poſitiuo tātū aduerbia quædā adiecta uice ſecūdi gra
dus ponūtur: tam: aut minus: aut minime: aut magis: aut maxime. Dicimus enim
tam bonus: tā malus: minus bonus: minus malus: magis bonus: magis malus. In
eodē ineſt & pius. Inueniunt̄: quæ trifariæ ordinant̄: in hūc modū: uno. ſ. deficiē
te quolibet gradu poſitiuo comparatiuo & ſuperlatiuo. Poſitiuo: ut ulterior: ulti
mus: ocyor ocyſſimus. Comparatiuo: pius: piiſſimus. Superlatiuo: ſenex: ſenior.
Exeunt: quæ ſuꝑlatiuū tātum habent: ut nouiſſimus: ſummus: cōparatio noīum
proprie in cōparatiuo & ſuperlatiuo gradu eſt conſtituta. Poſitiuus perfectus &
abſolutus eſt. Sæpe aūt cōparatiuus gradus præponitur ſuperlatiuo: ut ſtultior
ſtultiſſimo. maior maximo. Sæpe idem minus poſitiuo ſignificat: q̄uis accipiat
cōparatiōem: ut mare ponticū dulcius q̄ cætera maria: minus amaꝝ ſignificat: &
nulli cōparat̄: ut iam ſenior: ſed cruda deo uiridiſq; ſenectus. Sunt noīa ſignifica-
tione cōparatiua intellectu diminutiua: ut grādiuſculus: maiuſculus. Comparati
uus gradus ablatiuo caſu iungitur utriuſq; numeri. & tūc hoc utimur: cū aliquē
alieno uel ſuo gn̄i cōparamus: ut hector fortior diomede: uel audatior patroclo
Achilles fuit & multis alienis: ut fortiores græci Troianis: ſed gradu cōꝑatiuo &
abltō ꝓpe eq̄libus & ſimilibus nō utimur. nā ſimiliū compatio nulla eſt: ut hi duo
uiri fortes: ſed hic altero fortior: ueꝝ ſuꝑlatiuo cū unū ācellem pluribus ſignifi
camus: ut ſi tres pluresue ſint uiri: eū: quē ſuperferimus fortiſſimū cæteroꝝ dici
mus. & ſemꝑ gtō plurali iungit̄: ut optime graiugenū. Sed tunc hoc utimur: cum
aliquē ſuo gn̄i cōꝑamus. ut hector fortiſſimus Troianoꝝ fuit: achilles græcoꝝ.
Plerūq; ſuꝑlatiuus ꝓ poſitiuo ponit̄ & nulli comparat̄: ut Iuppiter: optu. maxu.
Interdum cōparatiuns ntō iūgit̄: ut doctior hic q̄ ille. Plau. in menechnis. Q uid
uis: hō leuior q̄ plūa. Diminutiua ſunt: cū in diminutionem ad abſolutoꝝ noīum
fiūt: ſine ulla cōꝑatione. ut ꝑuus ꝑuulus: adoleſcens adoleſcētulus. Hoꝝ aūt tres
ſunt gradus: quoꝝ forma q̄uis magis minuitur: creſcit ſæpe nūerus ſyllabaꝝ. Oīa

enim noia fœminini generis quæ caſu ntõ in a terminant̃:ante nouiſſimã lrãm re
cipiũt ſyllabã:& faciũt diminutionẽ.ut galea:galeola.Itẽ maſculia ĩ us caſu ntõ
terminata:& neutra in um finita eandem lu.ſyllabam accipiũt:ut annus:ãnulus:
& ſcãnũ:ſcãnulũ.Maſculia uero ea quæ gtõ caſu is ſyllaba terminant̃: nouiſſima
ſyllaba:culus recipiũt:tanq̃ fons fonticulus:Fœminina:cula:tanq̃ nauis nauicu-
la.Neutrum:culũ:ut munus:munuſculũ.Similiter ea quæ us ſyllaba gtõ ꝓferũ-
tur tã maſculini q̃ fœminini(nam neutra nulla ſunt)eaſdem ſyllabas admittunt
tanq̃ fluctus flucticulus:porticus porticula.Apud antiquos aliæ diminutiones
repiunt̃.deſcẽdebãt.n.tertiam uſq; formã:tanq̃:arca arcula:arcella arcellula cati
nus catinulus catinellus:catulus catillus:oculus ocellus ocellulus.Ex ſecunda
diminutiõe q̃dã ſunt ĩ uſu:pauca ex tertia:ut ocellus ocellulus catellulus.Apud
nos diminutiõis hoc genus ſeruat̃:hoc ẽ priæ poſitiõis.i.pria dimunitio.Oĩs.n.
appellatio priæ poſitiõis a lrã termiata:caſu ntõ acceptis ſyllabis:ri & us:ſignifi
cant reum:qui eam rem aut præſtat aut uendit:aut emit:ueluti amica amicarius
culcitra culcitrarius:charta chartarius:harena harenarius:herba herbarius:la-
ctuca lactucarius.Quod ſi rurſus detracta a lrã a pria poſitione pro ri & us ſylla
bis adieceris o & ſus erit is locus:q eas res multas hẽt:ut amica amicoſus:culci-
tra culcitroſus:charta chartoſus:harena harenoſus:herba herboſus:lactuca la-
ctucoſus.Eadem quoq; diminutiua fiũt.ſi ante.a.u.&.l.poſueris.ut amica amicu
la:culcitra culcitrula:charta chartula:harena:harenula:herba herbula lactuca
lactacula. Ea aũt quæ ante.a.hñt.i.ſic figurantur:ut controuerſia:cõtrouerſiola:
grã:gratiola.&c.oĩa ſimiliter.Meminiſſe autẽ debemus ꝙ nõ oĩa diminutiões fa
ciũt:quædã enim ſingularia ſunt.quæ nõ ueniũt ĩ cõparatiõnẽ:tanq̃ cælum:ma-
re:& ſimilia.Sunt etiã quaſi diminutiua quoꝝ origo nõ cernit̃.ut fabula macu-
la tabula.Sunt itẽ quæ nõ ſeruant genera quæ ex noĩbus primæ poſitiõnis acce-
perũt:ut ſcutũ:ſcutella piſtrinum piſtrilla:canis cãicula:rana ranũculus:unguis
ungula:unguella unguellula.Genus eſt dictio:q̃ plures cõtinent̃ ſpecies:ut aial.
Species:eſt dictio:originẽ trahẽs a genere:paucioribus cõfuſa ſignificatiõibus:
quã genus:ut homo:arbor.hoꝝ genera nũero ſæpe plurali mutant̃:& ſunt ano-
mala.Maſculina neutrũ:ut hic intybus:mænalus:tartarus:locus:iocus.Sed hæc
intyba:tartara:mænala:duntaxat neutra.Nam hæc loca,hi loci:hæc ioca:hi io-
ci.dupliciter declinant̃.Fœminina in neutrũ:ut hæc ꝑgamus,pergama.Neutra
ĩ maſculinũ.ut porrũ cælũ foꝝ hi porri cæli fori.Sed hæc fora melius declinat̃.
Itẽ neutra ĩ fœmininũ balneũ:epulum:cępe:balneę:pulæ:cæpe.Sed& hæc bal
nea ſiue balneæ ꝑ ordinẽ declinat̃.Cæpe uero ſingulariter aptotõ nomẽ ẽ gene-
ris neutri.ut p̃neſte:plr gñe fœminino ſublata priore diphthõgo:uelut muſæ de-
clinabit̃.Quædã incerti ſunt gñis noĩa inter maſculinũ & fœ.ut cortex finis ſi-
lex ſtirps pinꝰ pãpinus dies radix.Inter maſ.& neutrũ:ut uulgus pecus ſal.Inter
fœ.& neutrũ:ut pecus buxus pyrꝰ prunꝰ malus.Sed neutro fructũ,fœ.ipſas ar-
bores dicimus ſæpe.Sũt q̃dã noĩa q̃ ſingulariter tãtũ efferunt̃.Sunt q̃ pluraliter
hæc:pene maiore ex ꝑte collecta:ſuo quoq; ordie ſubiiciemus.Maſculia ſemꝑ ſin
gularia:ut hic pẽus:puluis:ſãguis:limus:fumus:uiſcus:muſcus:herba q ĩ pieri-
bus:ul' ĩ corticibus arboꝝ hæret.Itẽ fœminia ſꝑ ſingl'aria:ut hæc pax:lux:culpa
galla:eloquẽtia:elegãtia:ꝓſapia:mẽoria:rabies:ſanies:ſocordia:ſuppellex.Item
neutralia ſꝑ ſingularia.ut hoc uirus:pus:baratrũ:locus apud ĩferos:ꝓprie autem

apud athenienſes:in quem noxii præcipitant̃. Aliũ:crocũ:ingenium:alec:iuſtitium: ſinapi. Maſculina ſemper pluralia:hi antes:carceres:caſſes:cani:cancelli:fori: ꝓ ſedibus: & penatibus : fori loca ſpectaculoꝝ. Item fori ſunt in nauibus:quo nautæ ſedẽtes remigãt:freni & frẽa dicius: inferi liberi lares & larem legimus:ludi:loculi:manes maiores:mores:natales:gñis nobilitas optimates:pugilares: primores: ꝓceres:poſteri:penates:quirites. Sed Flaccus in ſatyra quiritẽ dixit:quinquatriæ:gẽtes: lemures : ſales:cũ religionis cã dicimus ꝑ hos ſales Sales tantũ & ioci dñr:uepres. Fœminina ſemper pluralia:hę arę: ꝓ penatibus ædes. Sed ædis ſingulariter ſi dixeris:tẽplum ſignificas:blãdiciæ:bigæ:quadrigę compedes:cærimoniæ:cunæ:crates:delitiæ:diuitiæ:exequiæ: excubiæ:fruges : fores:fortunę: ferię:gingiuę:indutię:inſidię: inimicitiæ:illecebræ:idus : Kalendæ:lares litteræ: ꝓ epiſtola:manubiæ:nuptiæ :præſtigiæ:nares : nundinæ:nugæ:ueniæ:plagæ:p̃ces:primitiæ:phaleræ:quiſquiliæ:grates:quas agis ob merita:gratiæ deæ ſaranæ ſortes : ſuppetiæ:ſordes:ſcopæ:ſcalæ : tenebræ. ſunt quædam numeri communis quæ in nominatiuo ſingulari pluraliq; ſimiliter efferuntur:ut res ſpes.

Neutra ſꝑ pluralia hæc
Mœnia.
Cibaria.
Crepundia.
Iuga.i.ſumma montium.
Iuſta.
Inteſtina.
Magalia.
Mapalia.
Neptunalia.
Parentalia.
Præcordia.
Roſtra ubi concionantur.
Spectacula.
Spolia. Vir. Spoliũ dixit.
Serta:ſponſalia.
Terminalia.
Cunabula.
Luminã. apud Virgilium.
Luminis effoſſi.
Verbera.
Verbere torto.
Virgilius dixit.
Viſcera.
Vulcanalia.
Item metalica ſunt ſemꝑ ſingularia ut.
Auꝝ. argẽtũ. Ferrũ. Aes
Plũbũ:Oricalcũ. ſtãnũ.
Caſſitrũ. & Auricalcũ.
Quãuis ęra dicimus cęteris caſib⁹ nõ utimur.
Illud uero ſciẽdũ:quod neq; deoꝝ noĩa:neq; elemẽtoꝝ:neq; ciuitatũ: neq; mõtiũ:nec fluuioꝝ plurali nũero đclinãt: niſi quę ciuitates pluraliter dicuntur:ut
Cumæ. Thebæ.
Athenæ.
Micenæ. Puteoli:
Baiæ. Oſtiæ.
Nec ea q̃ põderi uł mẽſuꝛ ſubiecta ſunt. Pluraliter declinantur:ut triticum.
Frumẽtũ:quãuis frumẽta ut mox & frumẽtis labor addit⁹ & ordea legerius.
Far. Ador:Faba.
Cicer. Milium.
Panicũ: & ſi qua hoꝝ nominũ pluralia efferũt̃:cęteris caſibus ceſſabunt.
Item.
Oleum.
Vinũ q̃uis uina dixerit Virgilius.
Mulſum.
Muſtum.
Defrutum.
Defruta Virgilius dixit.

Sunt item nomina quorum ñtũs in uſu non eſt : ut ſi quis dicat hunc laterem : & ab hac ditione. Item per cęteros caſus nomina multa deficiunt. Nomina aut fixa ſunt : ut pater : mater : aut mobilia : ut bonus bona bonum. Alia nec in totum mobilia:ut martius martia:Caius caia:Draco dracæna:Leo:Leæna, Gallus: gallia:Rex : regina. Sunt nomina tota:grææ declinationis ut themiſto : calypſo : pan. Sunt tota conuerſa in latinam regulam : ut pollux : pollideutes ulyxes. Sunt inter græcã latinãq; formã quæ notha appellant̃:ut Achilles Agamẽnon. Sunt p̃terea aliq̃ ſono maſculina: itellectu fœminina:ut pyrus : pomus. Satis inſtructi de noĩe transſeamus ad pronomen.

De pronomine. Çap. iii.

PRonomen eſt pars orationis:quæ pro ipſo nomine poſita:min⁹ qdem: pene idē ſignificat perſonamq; interdū recipit. Pronomini accidunt ſeptē:qualitas:genus:numerus:figura:ordo:perſona:caſus. Qualitates ꝓnominum ſunt tres:finita:infinita:minuſq̄ finita. Finita eſt quæ notat certum numeꝝ & geſtum dirigit ad certā ꝑſonam ut ego. Infinita eſt quæ certam non recipit perſonam:ſed cuilibet poteſt aptari:ut quis quæ quod. Minuſquam finita eſt quæ certis & incertis perſonis aptari poteſt:ut ipſe. Genera pronominibus accidunt:quattuor. Maſculinū ut hic:Fœmininū ut hæc:Neutrū ut hoc:commune ut ego & tu. Sunt alia duobus generibus cōmunia. Maſculino:& neutro:ut quo:quāto. Alia tribus:ut huius:eius:cuius. Numeri ꝓnominum ſunt duo:aut.n.ſingularia ſunt:ut ego:aut pluralia ut nos. Sunt quędam nūero cōmunia:ut q quæ:nam & q uir:& q uiri:& quæ mulier:& q̄ mulieres dicimus. Figuræ duæ ſunt:aut enim ſimplicia ſunt ꝓnomina:ut qs.aut cōpoſita ut qſquis. Perſonæ accidunt finitis ꝓnominibus:prima ut mihi:ſecūda ut tibi:tertia quoq; in minuſq̄ finitis reperit̄:ut ipſe. Ordo quoq; ꝓnominibus accidit:aut enim præpoſitiua ſunt:ut qs:quantus:aut ſubiunctiua:ut is:tantus. Præpoſitiua:quis fecit. Subiunctiua quæ uim reſponſi habent:is fecit. Item quantus ille eſt:tantus ille eſt. Pronomina quædam:ut noīa:aut gētem ſignificāt:ut cuias:noſtras:ueſtras. Aut numeꝝ:ut quot:tot:aut ordinē:ut quotus:totus:aut qualitatē:ut qualis:talis,aut quantitatem:ut tantus:quantus. Quædam poſſeſſiua finita ad aliquid referunt̄,& ea quattuor modis enūciant̄:aut enim utraq; ſignificatiōe ſingularia ſunt.ut meus:aut utraq; pluralia:ut noſtri ueſtri,aut intrinſecus ſingularia:& extrinſecus pluralia:ut mei tui. Contra extrinſecus ſingularia:& intrinſecus pluralia:ut noſter ueſter. Caſus ꝓnominibus:ut noībus accidunt ſex:per quos ꝓnominū genus iflectit̄:hoc mō. Declinationes pronominū finitæ ſiue abſolutæ ſunt hæ. Ego pronomen finitū generis oīs:nūeri ſingularis:figuræ ſimplicis:perſonæ primæ:caſus nominatiui:quod declinabit̄ ſic. Ego:mei:mihi:me:a me. Sed utūm habere nō poteſt:niſi exclamatio ſit:ut apud Horatiū. O quiſquis uolet impiam. pluraliter nos:noſtro:nobis:nos:a nobis. Nec pluralis uocatiuū habet:niſi exclamatio ſit:ut cum dicimus:o nos fœlices. Cæteꝝ non eſt eoꝝ reprehendenda ſententia:qui dixerunt in qbuſdam noībus:utūm non poſſe cadere:eum ēt pene in oībus ꝓnoībus non debet eſſe utūs. Sed nos nōdum refragamur rōni:uoca.adiecimus. Sed qm̄ declinationum cōtextum habere uolumus:inſeruimus. Sed nō ſolum uocatiuum non inuenimus:ueꝝ ēt in qbuſdam caſus deficere uidemus. Tu pronomē finitū generis communis:numeri ſingularis:perſonæ ſecundæ:caſus noīatiui:quod declinabit̄ ſic. Tu tui tibi te o tu a te. N.P. uos ueſtrum uobis uos,o uos a uobis. Ille: perſonæ tertiæ:generis maſculini:numeri ſingularis:figuræ ſimplicis: quod declinabitur ſic. Ille illius illi illum ab illo. N.P. illi illoꝝ illis illos ab illis. Generis fœminini. Illa illius illi:illā ab illa. N.P. Illæ illarū illis:illas ab illis. Item finitum iſte:ſic. declinatur. Minuſq̄ finita:gn̄is maſculini. Ipſe ipſius ipſi ipſum ab ipſo. N.P. Ipſi ipſorum ipſis ipſos ab ipſis. Generis fœminini. Ipſa ipſius ipſi ipſam ab ipſa. N.P. Ipſæ ipſarum ipſis ipſas ab ipſis. Generis neutri. Ipſum ipſius ipſi ipſum ab ipſo. N.P. Ipſa ipſorum ipſis ipſa ab ipſis. Quare non ipſud:ut illud & iſtud? quia ueteres non ipſe:ſed ipſus:dicebant:ut altus alta altum:ipſus quod eſt in comœdiis:eſt & apud Tullium. Sed recentiores ipſus cōmutauerūt:& ꝓ eo:ipſe conſue-

tudini tradiderũt.Ipm uero tenuit ſuam extremitatẽ:ut etiam exemplũ Tullia/
nũ docuit.Item infinita generis maſculini.Q uis cuius cui quẽ a quo.N.P.Q ui
quoꝝ quis uel quibus quos a qs uel a quibus.Q uæ:generis fœminini:cuius cui
quam a qua uel a qui.N.P.Q uæ quaꝝ quis uel quibus quas a quis ul'a quibus.
Generis neutri.Q uot cuius cui quod a quo uel a qui.N.P.Q uæ quoꝝ quis uel
qbus quæ a qs uel a qbus.Itẽ articulare præpoſitiuũ uel demõſtratiuũ:q̃litatis fi
nitæ:generis maſculini.Hic huius huic hũc ab hoc.P.hi hoꝝ his hos ab his.Ge/
neris fœminini.Hæc huius huic hanc ab hac.plr hæ harum his has ab his. Gene
ris neutri hoc huius huic hoc ab hoc.plr hæc hoꝝ his hæc ab his.Itẽ pronomen
articualre ſubiunctiuũ uel relatiuũ q̃litatis finitæ.Is eius ei eũ ab eo.plr ii eorum
eis eos ab eis.Generis fœminini:ea eius ei eam ab ea.pluraliter eę earum eis eas
ab eis.Generis neutri:id eius ei id ab eo.Pluraliter ea eoꝝ eis ea ab eis.Item poſ/
ſeſſiua finita ad aliquid dicta:ex una parte ſingularis:perſonæ primæ:generis ma
ſculini:ex utraqꝫ parte:ſingularis.Meus mei meo meũ:a meo.plr mei meoꝝ meis
meos a meis.Sed ueteres miis dicebãt:ut ſit utũs ſcd̃m regulam:mi. Omnia noîa
quæ noîatiuo ante us nouiſſimã ſyllabam:habent.i.utũm terminant.Generis fœ
minini:numeri ex utraqꝫ parte ſingularis. Mea meæ meæ meam a mea.plr meæ
meaꝝ meis meas a meis.Perſonæ ſecũdę numeri ex utraqꝫ parte ſingularis.Tuus
tui tuo tuũ a tuo.plr tui tuoꝝ tuis tuos a tuis . Generis fœminini nũeri ex utraqꝫ
parte ſingularis.Tua tuę tuæ tuã a tua.plr tuæ tuaꝝ tuis tuas a tuis.Generis neu
tri.Tuum tui tuo tuum a tuo.plr tua tuoꝝ tuis tua a tuis.Perſonæ tertiæ:generis
maſculini:numeri ex utraqꝫ parte ſingularis.Suus ſui ſuo ſuum a ſuo.plr ſui ſuoꝝ
ſuis ſuos a ſuis.Generis fœminini numeri ſingularis.Sua ſuæ ſuæ ſuam a ſua. plr
ſuæ ſuaꝝ ſuis ſuas a ſuis.Generis neutri.Suũ ſui ſuo ſuum a ſuo.plr ſua ſuoꝝ ſuis
ſua a ſuis.Itẽ poſſeſſiua ad aliquid dicta:ex altera parte pluralia:perſonæ primæ:
Generis maſculini.Noſter noſtri noſtro noſtrum a noſtro.plr ex utraqꝫ parte:no
ſtri noſtrorũ noſtris noſtros a noſtris.Generis fœminini:noſtræ noſtraꝝ noſtris
noſtras a noſtris.Generis neutri:ex altera parte ſingularis. Noſtrum noſtri no/
ſtro noſtrum a noſtro.plr ex utraqꝫ parte:noſtra noſtroꝝ noſtris noſtra a noſtris.
Perſonæ ſecũdæ:numeri ex altera parte ſingularis.Generis maſculini.Veſter ue
ſtri ueſtro ueſtrum a ueſtro.plr ueſtri ueſtroꝝ ueſtris ueſtros a ueſtris. Generis
fœminini:numeri ex altera parte ſing.ueſtra ueſtræ:ueſtræ:ueſtram:a ueſtra.plu
raliter ex utraqꝫ parte:ueſtræ ueſtraꝝ ueſtris ueſtras a ueſtris.Generis neutri ex
altera parte ſing.Veſtrum ueſtri ueſtro ueſtrum a ueſtro.plr ex utraqꝫ parte:ue/
ſtra ueſtroꝝ ueſtris ueſtra a ueſtris.Sunt item ꝓnomina finita pſonæ tertiæ gene
ris omnis:numeri cõis:ſine ntõ & utõ:ut ſui:ſibi:ſe:a ſe.Hoc quoqꝫ ꝓnomẽ omni/
um geneꝝ eſt commune.Mihi tibi ſibi.Mihimet:tibimet:ſibimet:memet:temet:
ſemet:egomet:tumet:illemet:Ego metipſe:tu metipſe:ille metipſe.Meapte:tua/
pte:ſuapte noſtrapte. Mecum:tecum:ſecum:nobiſcum:uobiſcum. Maſculina
quiſque:cuiuſqꝫ:cuiqꝫ:quemqꝫ a quoque. Pluraliter quiqꝫ quorumqꝫ quibuſqꝫ:
quoſqꝫ a quibuſqꝫ. Feminina quæqꝫ cuiuſqꝫ cuique quamqꝫ a quaqꝫ.Pluraliter
quæqꝫ quarũqꝫ quibuſqꝫ quaſqꝫ a quibuſqꝫ.Neutra quodqꝫ cuiuſqꝫ cuiqꝫ quodqꝫ
a quoque. pluraliter quæqꝫ quorumqꝫ quibuſqꝫ quæqꝫ a quibuſqꝫ. Maſculina
quiſquam cuiuſquam cuiquam quenquam a quoquam. Pluraliter quiquam
quorumquam quibuſquam quoſquam a quibuſquam. Fœminina quæquam

cuiuſquã cuiquã quãquã a quaq̃.Pluraliter quæquã quarũquam quibuſquã:
quaſquam a quibuſquã.Neutra quodquam & cætera.pluraliter quæquam &:
cætera.Maſculina quicũque.ſimiliter.pluraliter quicunque.Fœminina quę/
cunqꝫ & cætera.pluraliter quæcunqꝫ & cætera. Similiter neutra quodcunque
& cætera.pluraliter quæcunqꝫ & cætera.Maſculina quilibet:cuiuſlibet:cuſli/
bet:quemlibet:a quolibet.Pluraliter quilibet & cætera.Fœminina quælibet
& cætera.pluraliter quælibet & cætera.Neutra quodlibet cuiuſlibet:cuilibet:
quodlibet:a quolibet.pluraliter quælibet:quorumlibet quibuſlibet: quælibet
a quibuſlibet: Maſculina:quiuis:cuiuſuis:cuiuis:quemuis:a quouis.plurali/
ter quiuis:quorumuis:quibuſuis:quoſuis:a quibuſuis.Fœminina: quæuis:cu/
iuſuis:cuiuis:quãuis:a quauis.pluraliter quæuis:quarumuis:quibuſuis:quaſ/
uis:a quibuſuis.Neutra quoduis:cuiuſuis:cuiuis:quoduis:a quouis.pluraliter
quæuis:quorumuis:quibuſuis:quæuis:a quibuſuis. Maſculina:alius:alii alio:
alium:ab alio.pluraliter:alii:aliorum: aliis:alios:ab aliis.Fœminina:alia:aliæ:
aliæ:aliam:ab alia.pluraliter aliæ:aliarũ:aliis:alias:ab aliis. Neutra aliud alii:
alio:aliud:ab alio.pluraliter:a:alia:aliorũ aliis:alia ab aliis. Maſculina:alter al
terius:alteri:ab altero.Neuter:neutrius:neutri:neutrũ:ab neutro. Vter utrius:
utri:utrum ab utro.Vterqꝫ:utriuſqꝫ:utriqꝫ:utrũqꝫ: ab utroqꝫ. Alteruter:alteru/
trius:alterutri:alterutrũ:ab alterutro:Vnus:unius:uni:unum: ab uno. plr:uni
unorũ:unis unos ab unis. Vnuſquiſqꝫ:uniuſcuiſqꝫ:unicuiqꝫ: unumquemque:
ab unoquoqꝫ.Quidã:cuiuſdã:cuidã:quendã:aquodam. Aliqs:alicuius:alicui:
aliquẽ: ab aliquo. Vllus:ullius:ulli:ullũ.ab ullo.Null' ſimiliter.pluraliter nul
li.Fœminina:nulla:nullius nulli nullã:a nulla. pluraliter:nullæ:nullaꝝ:nullis:
nullas a nullis.Neutra:nullũ:nullius:nulli nullũ:a nullo.plr:nulla: nullorum:
nullis:nulla:a nullis.Maſculina:totus:totius:toti totũ a toto.plr:toti totorũ:to
tis:totos:a totis:Fœminina: tota:totius:toti:totam:a tota.pluraliter:totæ: to/
taꝝ:totis:totas:a totis. Neutra:totũ:totius:toti:totum:a toto.pluraliter tota
totoꝝ:totis:tota:a totis.Maſculia qualis qualis quali:qualẽ:a quali.pluraliter:
quales qualiũ qualibus quales a qualibus. Fœminina eodẽ modo declinanť.
Neutra: quale:qualis: quali:quale a quali:pluraliter:qualia:qualiũ:qualibus:
qualia:a qualibus.Hoc ꝓnomen:qđ eſt qualis:cũ ſequatur talis:cõmunia ſunt
maſculino & fœminino.Neutrum tale.pluraliter talia.Maſculina:idẽ:eiuſdem
eidem:eũdem:ab eodem.pluraliter iidem:eorũdem iiſdem: eoſdem: ab iiſdem.
Fœminina eadem:eiuſdem:eidem:eandem:ab eadem.pluraliter:æedem:earũ
dem: iiſdem:eaſdem:ab iiſdem. Neutrũ:idem:eiuſdem:eidem:idem:ab eodem
pluraliter:eadem eorũdem eiſdẽ eadẽ ab eiſdem. Nemo pronomen: non habet
genitiuũ.ut dicamus neminis:ut quibuſdã uideť:ſicut & alius pronomẽ: æque
gtũm non habet ut dicamus alius.Et ſi antiqui gtũm alius producte dixerunt:
quorum auctoritati & nos accedimus:cuius nominatiuũ ueteres nõ tãtũ alius
ſed ẽt alis:ſicut Saluſtius: ait: Alis alibi ſtantes oẽs tamen aduerſis uulneribus
ceciderũt.Conuinciť uero hæc opinio auctoritate Plau.q ita dixit in captiuis:
neminis miſereri certum eſt.

De Verbo. Cap. iiii.

Verbum eſt pars orõnis præcipua ſine caſu.Et enim uniuerſę orõni ube
res præbet ad facultatẽ uires:cuius ope preciũ eſt penitus intueri pote
ſtatẽ:ne inſcitia uitioſum exerceamus ſermonẽ. Vis igiť huius tempo

ribus & perſonis adminiſtratur. Verbum autem ab eo dicit̃:quod uerberato:
lingua:intra palatum aere:omnis oratio promatur. Verbo accidunt tempora
cum perſonis ſociata:nec omnino hæc ſecerni a ſe poſſunt:quin ſimul uerbi uis
diſſoluatur. In aliis enim partibus orationis:ſunt tempora:a perſonis diſtracta:
ut in participiis. Item in aliis perſonæ nequaq̃ temporibus indigent:ut in ꝓno
minibus. Admittit quoq; uerbum:ꝑter perſonas & tempora:numerum:figurã:
qualitatem:ſignificationem:ſiue genus:modum ſiue inclinationem: cõiugatio
nem. Perſonas quidem:quibus ſermo exercet̃. Numeꝝ uero: cum quis:qui ue
ſint:qui loquant̃. Tempus cum q̃n quid factum aut dictum ſit:quæritur. Figu
ram cum quæritur:ſi ſimplex ſit uerbum:aut cõpoſitum. Qualitatẽ cum cuius
ſit ſpeciei:uel qualitatis uerbum exploratur. Significationem:cũ cuius ſit gene
ris:& ſignificatiõis uerbum quærit̃:quæ ſingula diligẽtius exponemus. Perſo
na eſt rationalis ſubſtãtia:perſonæ in uerbis ſunt tres:per quas uniuerſus admi
niſtrat̃ ſermo. Prima eſt quæ loquitur:ut dico. Secũda:qua cum ſermo habet̃:
tu dicis. Tertia de qua quis loquitur:& relatio indicatur:ut dixit. Numerus ꝑte
rea accidit uerbis:prorſus uterq; ſingularis & pluralis. Dualis enim apud græ
cos duntaxat ualet:a nobis excludit̃:eodẽ modo:quo & in nominibus. Nequa
quam enim reperiri poteſt in latino ſermone ulla dictio:quæ dualem exprimat
perſonã. Antiq̃tatis enim romãi memores:dualẽ numerum poſteritatis uſu re
ceptum:quaſi nouellum uſurpare noluerunt. Is nãq; ſicut a primordio ſermõis
a natura ꝑditi:in obſcuro habitus ignorabatur:ſic diutius incertus iter utrũq;
numeꝝ tam ſingularem q̃ pluralem latebat. Sero autem ſuperueniẽtibus ſæcu
lis ſcrupuloſæ curioſitatis obſeruationibus cœptus quaſi itercalaris irrepſit. Et
hac de cã:apud ueteres raro reperit̃:q̃m erroribus illaqueatis molriplicat̃. At
eo per hmõi omnis eminẽs uſus græcoꝝ linguæ declarat̃. Apud antiquos ue
ro duntaxat plurimum ualet maxime apud Homeꝝ:qui cum ſit atticæ linguæ
cultor:& patrii ſermonis aſſertor:ut quidã putant:tamen non erat neſcius anti
q̃tatis:ſicut uerſus ille teſtat̃: ατρει Δα Δεμα Λιοτα Δυωηοοληιορε Λαων.
Cum enim duo fuiſſent:ipſe uetuſtatis memor: pluraliter ſalutationẽ protulit
hoc modo ατρει Δαι τε και α Λ Λοι ευκνημιδεσ αχαιοι. Præterea ſupfluus an
tiquis uiſus eſt:ſiquidẽ ex numeri pluralis imagine: dualis declinatio formata
normatur. Figura uerbi bipartita eſt:aut enĩ ſimplicia ſunt uerba:ut ſcribo aut
compoſita:ut inſcribo. Componunt̃ autẽ uerba ſicut nomina modis quattuor:
aut ex duabus partibus integris:ut conduco:cõuoco:aut ex duabus corruptis:
ut efficio:malo:ideſt magis uolo: effringo:aut ex integra & corrupta:ut accũ
bo:aut ex corrupta & integra:ut oſtendo. Tẽpus eſt uiciſſitudo rerum triformi
um mutabilitate cõpræhenſa:Siquidem poteſt compræhẽdi quod nũquã ſtat:
uel ſpacium ætatis uolubile: quod in eiſdem mutatiõibus faciẽs declinationẽ:
quod numero uidet̃ compræhendi. Hactenus de tempore duplici nũc de tem
poribus uerborum dicemus. In primis tempus per ſe nullum directũ eſt oĩo:
cum per ſeĩn ſe reuoluatur:& ſic facimus:aut: fecimus:aut facturi ſumus:hoc
ex re indiuiduo tempori imponimus partes temporis:non tempus diuidentes:
ſed actũ noſtrum diuerſum ſignificãtes. Vniuerſa enim quæ aguntur:in nos di
uiduntur:per actiones. Diuerſo igitur agendi tempore tẽpus ipſum ipartimur:
quaſi impartimur trifarie tãtum:quo cuncta gerimus:ideoq; tria tempora eſſe

dicimus:inſtans:p̄teritum:futuꝝ. Inſtans:tempus cū adhuc agimus:præteritum
perfectum:cum iam fecerimus:futurum cū acturos nos pollicemur. Vnum ta-
mē ex his præteritum perfectum diuiduum eſt. Ex eo enim ſcinditur prę̄teritum
īperfectū. Itē præteritū pluſquāperfectum. Hoc facto:tria tempora perfecta ui
dentur eſſe:quo nimirum quæ agimus:triplici modo:differentiam reperimus.
Præteritum imperfectum:ideſt præteritum non tamen perfectum cū quaſi præ
teriſſe tempus affirmamus aloquin cœpimus nec perfecimus quaſi:legebam &
ſcribebam. In enim præpoſitio plerūq; derogatiua:nōnunq̄ adiectiua:ut in aliis
patebit:quæ addita plerunq; derogat:non addita ad finem perductum ſignificat
perfectū enim tempus:cum tēpus:eo quod egimus:finitum eſt. Itē præterirum
pluſq̄ ꝑfectū:cū tempus iam pridem exactum demōſtramus:quo quid egimus.
Hoc unum diſtat a præterito perfecto:quod ſuperioris tēporis:recens uideri po
teſt actus:ſequentis lōga interpoſitione. Ita enim græci υπέρσυντελἶκον appel
lant:quaſi υπερσυντελὄνμενὸν quod nos præteritum pluſquam perfectum di-
cimus. Id uero tēpus ꝑfectū apud nos:pro αοριςω παρωκημενω:ualet. Ratio-
ne igit̄ ſtatuerūt actus noſtri tp̄a inſtans:quod & præſens:cum quid maxime agi
mus. Præteritū impfectū ſi quod egimus non perfecimus:ſed agere deſinimus:
unde nōnulli inchoatiuū tēpus appellauerunt:Perfectum cum actū perficimus
& facere deſinimus. Pluſquāperfectum:cum quod egimus inueterauit. Futurū
cum nōdum agere inſtituimus:ueꝝ acturos promittimus. Hæc de tēporibus de
inceps cętera perſequemur:Genera uerboꝝ:quibus ſignificationes:quo pacto
ſignificant̄:referemus. Vt enim in noibus:ſunt genera q̄bus ſexus exploratur:ita
quærunt in uerbo:quo affectus ſignificat̄:ueꝝ ne actiuū ſit an paſſiuum. Gene-
ra uerboꝝ ſiue ſignificationes ſunt principales duo actiua & paſſiua:ex his enim
naſcunt̄ alia:neutra cōis:deponens:ita fiunt numero quinq;. Imperſonalis a qui
buſdam admittit̄. Actiua ſignificatio eſt:cum alio agente ſit:quị patiat̄:ideſt cū
actum noſtrū alterius patientia ſignificat:ut laudo:hoc ita o littera terminatur:
ut recipere poſſit etiā paſſiuā ſignificationē adiecta r littera. Itaq; cum utraque
ꝑſona conſtat in declinatione uerbi:ut tam efficere:quā effici queat:proprie dici
tur actiuū:itēq; paſſiuum. Paſſiua eſt cum alio patiente:apud alium eſt admini-
ſtratio ideſt cum patientiam noſtram alterius actus ſignificat ut laudor:hoc ita
& ſimilia terminant̄ ut recipere poſſint actiuam ſignificationem:amiſſa r lttera:
ut laudo. Neutra eſt quæ ſpecie actiuæ enūciationis o littera clauditur & r lit-
terā nunquā recipit:& ob id paſſiuam formam non pōt exprimere. Vbi enim uis
patiendi non eſt:ex actiua declinatione locū declinationis paſſiuæ:nō habet. Itē
ſi alio patiente ſub alia ſpē:penes aliū non ſit adminiſtratio ſimiliter neutra dici
mus. Alteꝝ itaq; uniformiter ſignificat agentem:uel patientem. Agentem:ut fa
cio:ambulo:curro. Patientem:ut ardeo:ueneo:uapulo. Ex hac quoq; forma ſunt
& illa uerba:in quibus nec agentis ſignificatio plene dinoſcit̄:nec effectus oñdi-
tur:ut ſedeo:ſudo:dormeo:iaceo:ſto:algeo:ſitio:eſurio. Neſcis enim agat quis
an patiatur:quæ quidam ſupina dixerunt:alii abſolutiua appellant:nonnulli de
poſitiua nominant. Communis eſt quæ tam actiuam:quam paſſiuam ſignifica-
tionem in ſe habet:hæc ita r litttera terminantur:ut eā non poſſint amittere:quē
admodum & deponens:ut oſculor & criminor:dicimus enim oſculor te:& oſcu-
lor a te:ſimiliter & cæteta. Communia autem dicimus:ut in nominibus quæ ſub

una ſpecie genera diuerſa admittunt. Item in uerbis quæ ſub paſſiua declinatio-
ne duntaxat: diuerſi actus ſignificationem exprimũt. Deponens eſt quę in r litte-
ram deſinit: ut paſſiua: ſed ea adempta latinũ non eſt: unde per antiphraſim. id eſt
econtrario ſic appellatur: quia uerbum r littera finitum: deponere eam non põt:
ut loquor: naſcor: ſequor: non enim dicimus naſco: & cum ſit paſſiuæ ſpecies: acti-
uam non habet. Itaq; nec paſſiua ſunt: quia actiua non reddunt: haud cõmunia eſ
ſe poſſunt: qa ſub uno genere declinatiõis utrãq; continent ſignificationem. Pla-
cuit itaq; aliis ea deponentia dici: quod una ſignificatione depoſita: a communi ſe
paraẽ: uel quia deponit ambiguitatem ſermonis. Impersonalis uerboꝝ ſignifica
tio tam ſub actiua ſpecie: quam paſſiua extat: dicta impersonalis: quod ſine perſo
nis pronominis intelligi non poteſt: quis formam actiuoꝝ aut paſſiuoꝝ habere
uideat. Nam & ſi tertiæ perſonæ formam exprimat: tñ tribus modis: uerbis omni
bus: iũgi ſolet: propriis quoq; perſonis non enũciaẽ: ſed ut plenus ſit ſenſus extrin
ſecus neceſſario addunẽ pronomina: ſine quibus nihil huiuſmodi uerba ſignificã
re poſſunt: quaſi pudet: me: te: illum: Itur: a me: a te: ab illo. Q uoniam de generi-
bus: quod erat dicendũ: dixi: modos quoq; ſubiũgam: quos quinq; eſſe omnes fe-
re grãmatici conſentiunt. Nam qui ſex uoluerunt: alii promiſſiuũ: qdam imper-
ſonalem cõiungunt: qui ſeptem: utrunq; prioribus adiiciunt: qui amplius priori-
bus percontatiũ aſſumunt: q nouem: coniunctiuũ a ſubiunctiuo ſeparant: qui de-
cem: eſſe adhortatiuũ aſcribunt. Veꝝ ex his: ut ipſa declinatio uerborum expo-
ſcit: impersonalis & participalis: a qbuſdam admittunẽ: de qbꝰ poſtea referre pla
cuit. Modus itaq; uerboꝝ ſiue inclinatio in quinq; deduciẽ partes. Aut enim fi-
nitiuus eſt modus: aut imperatiuus: aut optatiuus: aut ſubiunctiuus: aut infiniti
uus. Finitiuus modus eſt: cum quaſi finita & ſimplici utimur expoſitione: ipſa di
ctione: per ſe cõmendantes ſenſum: ſine alterius diuerſo cõplexu: ut accuſo accuſa
bam. Idẽtidem per oĩa tempora: quod in ſubiunctiuo parum ẽſt. Subiunctiuus
enim dictus eſt: quoniam neceſſe eſt alius ſermo ſuggeraẽ: quo ſuperior pateſiat:
hoc modo: cũ dicam: cũ dixerim: cũ dixero: proculdubio nondũ hic finiẽ ſermo.
Finitur enim hoc mõ cũ dixero uẽies: cum fecero aſpicies: & ſimilia: quod in mo-
do finitiuo non deſideraẽ. Item a qbuſdam indicatiuꝰ appellaẽ: quo indicamus:
pronunciatiuus quo pronunciamus. Deinceps imperatiuus modus eſt: qui enũ
ciat externo officio imperãtes: & hic modus ſingulari quidem numero: primam
non admittit perſonam: ut lauda. Etenim abſurdum eſt omnino quẽnquam ſibi
imperare: cum promptus ſit ſua ſponte facere: Imperio enim indigẽt externę pſo
næ. Plurali uero tres perſonæ neceſſario adhibentur. Conſerit enim ſe prima pſo
na cum aliis: & dum imperat: ſe quoq; in idem miniſterium uocat: quem quidam
hortatiuum eſſe putauerunt: cũ dicimus: faciamus: legamus: & ſimilia. Illud præ-
terea nonnullis abſurdum uiſum eſt: tertiam pſonam modo impatiuo ineſſe: quo-
niam nemo abſenti imperat: quorum nominis firma comprehẽſio: quoniam fer-
me uniuerſus ſermo inſeritur: inter primam: & ſecundam perſonam. Secunda ue-
rò ſuo cedit uſu materiam proſtaturat: & primæ dicenti & ſecundæ audienti im-
peramus: ut pareat ipſe: uel ut accuſet: aut alii noſtrum nũcient imperium uelut
accuſet: unde uel merito hoc pacto & in hac declinatione erit nunciantis perſo-
na: hoc tamen a cæteris differens: quod de aliis nũciatur: cum dicimus faciat: le-
gat tertia perſona. Imperamus enim ut nuncieẽ illi facere uel legere: in hoc mo-

do inſtanti tempore:numero plurali:tertia perſona dupliciter declinatur accuſemus:accuſate:accuſent:& accuſanto.Poſterior ſermo:more ueterũ uſurpatur:figuratur.n.hoc modo littera o adiicitur tertiæ perſonæ:numeri pluralis:tẽporis inſtantis:modi finitiui:ſic:accuſamus:accuſatis:accuſant:huic accedit o littera:& fit accuſanto:idem in omnibus.Futurũ uero tẽpus differt a cæteris futuris:quia non ut confeſtim fiat imperamus:ſed in futuꝝ fieri:ut perpetuũ fiat:quia facito:legito:ideſt ſemper fac:ſemper lege:iure ergo diceretur quaſi futuri:quem ſermonẽ nonnulli conſueuerunt mandatiuũ:potius quã impatiuũ dicere:quoniã præſenti tẽpore:ĩperare ſolemus:ut fiat:in futuꝝ uero magis mandare:cæteræ perſonæ proprie non reperiũtur:in hoc modo futuri tẽporis:nonnulli futuri tẽporis:præſentis abutuntur:cũ dicitur facito:faciat:facitote:faciant:idipſum quod nos ſecunda perſona uulgo:tẽpore futuro uſurpamus:facito:legito:dicentes:& pro ſecunda perſona admittitur apud ueteres:cum dicit̃ ille hæres eſto &(ut proximis utar exẽplis)apud Virgiliũ.Primus equũ faleris inſignẽ uictor habeto.Itẽ. Tertius argolica hac galea contentus abito.In hoc modo:declinatione paſſiua:tẽpus futuꝝ apud ueteres uulgo uſitatũ eſt:loquitor:largitor:legimus apud Terentiũ:loquitor paucula.Idem:de te:largitor puer:ideſt loquere largire.Et Plautus in pſeudulo:pietatẽ ergo amplexator noctu pro phœniceo.Nonnulli ueteꝝ etiã actiuo more:tempus futuꝝ impatiuo modo:ex uerbis quoq; paſſiuis declinationes uſurpauerũt:ut Tullius in dialogis de re.p.Sequit̃ optatiuus modus:quem tũ demũ uſurpamus:cũ precibus expoſcimus a diis:unde ab optãdo optatiuus dictus eſt.Sunt q excludunt ex hoc modo præſens tẽpus.Neceſſe eſt enim omniũ conſenſu:in futuꝝ optemus:nonnulli uero admittunt:quod nimis uidet̃ abſurdũ:quoniã nemo optat:quod habet:ſed ut habeat.Identidem hi qui admittunt in ambiguũ ducunt tẽpus futuꝝ:cui ſimile faciunt inſtans:dicendo:utinã legam:utinã faciã:pro inſtanti & futuro idẽ uſurpantes:nec reſpiciunt quantũ diſcrimen ſit:inter hæc tẽpora:quæ uniformiter praue declinantur.Debent enĩ cũ ſint inter ſe.longe diſcrepantia ſenſum quoq; declinatione diſſentire.Rectius ergo alii fecerunt qui ob ambiguitatem:imperfecto etiam inſtans iunxerunt:ut ſit idem inſtans & imperfectũ:utinã facerem. Exoritur itẽ alia quæſtio:quo pacto præterita tempora inſerantur.qui enim poteſt quiſquam in præteritum optare. Sed hæc quæſtio non abſurda uidetur. Aſſeritur tamen ratione idonea:ut non immerito inſerta hæc tempora uideantur.Perſæpe enim optamus.non modo ut habeamus:quod cupimus.uerum etiam incuſantes factum de quibuſdam:quæ quoniam non habuerimus:in poſteꝝ habere non poſſumus:quæ uelimus:quaſi utinam ſcripſiſſem ut proficerem:utinam ueniſſem ut audirem.hæc & his ſimilia.Subiunctiuus ſiue adiunctiuus ideo dictus:qđ non per ſe exprimit:niſi inſuper alius addatur ſermo:neq; ſuperior pateſiat.Subiungit enim ſibi:uel ſubiungitur neceſſario:alteri ſermoni:hoc modo:cum dixero:audies:cum fecero aſpicies:& ſimilia:quod in declinatione finitiua non conſideratur.& nihil differt ab optatiuo:niſi tempore tantũ futuro.Et in hac ſubiunctiua:numero plurali uniformem declinationem:perfecti:& futuri temporis accentus diſtinguit. Perfectum enim acuto accentu declinatur futurum circunflectitur:quaſi perfecto cũ dixerimus.Item futuro cum dixerimus.Infinitiuus qui & perpetuus numeris & perſonis.ideo dictus infinitiuus ex eo ꝙ parum diffinitas habet perſonas & nu-

merum.Idem enim ſermo & de tribus perſonis:& duobus numeris uſurpatus:ut cum dicimus:facere ego:tu:ille:uolo:& uolumus. Vnde imperſonatiuum hunc nonnulli & inſignificatiuum dixerunt.quoniam parum tali ſermone diffinita eſt perſona.Perpetuus non imerito appellatur.Siquidem perpetuum eſt:quod finem non habet:ut legere:ſcribere:temporibus:nũeris:perſonis accidit.Tempora habet ipſa:quæ ſunt præcipua:inſtans:perfectum:futurum. Hoc modo plerũq; ueteres hiſtoriæ:ſcriptores:& imperfecta tempora infinitiuó:ſignificabant. quale eſt apud Salluſtiũ. Hic ubi primũ adoleuit:non ſe luxui aut inertiæ corrumpendũ dedit:ſed ut mos gentis illius eſt:equitare:curſu cũ æqualibus certare.& cũ omnis anteiret.oibus tñ carus eſſe.ꝑ eo ſane quod eſt:ut mos gentis illius eſt iaculabatur:equitabat.curſu cũ æqualibus certabat:& cũ omnis ante iret. omnibus tamen carus erat. In hoc modo illud fuit obſeruandum:quod in paſſiua declinatione.er.ſyllabam ueteres crebre addunt:quaſi accuſarier appellarier.

Quale eſt apud Virgiliũ(proximis enim utar exemplis)Magicas inuitã accingier artes:pro eo quod eſt accingi.Eſt enim moris antiqui:in quibuſdam:ſermonem ex abundanti addere. Nihil enim ſyllaba addita confert tali dictioni.Meminiſſe autem debemus:futurũ tempus non ſemper infinitis accidere . Nã egeo & ſtudeo:egere & eguiſſe ſtudere & ſtuduiſſe faciunt:nec tamen ſtuditũ ire:aut egitum ire:dicere poſſumus:ut lectum ire.Imperſonalis quoq; uerboꝝ modus: ſine perſona pronominis:intelligi nõ poteſt.Vnde imperſonalis dicit̃:hic:ab oĩ genere uerborũ:iuxta ſimilitudinem coniugationis colligitur.Nam ſi prima eſt: uel ſecunda:uel rertia coniugatio:ſublata ſecundæ perſonæ nouiſſima littera:& addita.tur.ſyllaba imperſonalem facit.ut puta amo;amas:amatur:teneo tenes:tenetur:curro:curris:curritur.Præteritum autem imperfectũ eius:in batur.exire debet.ut tenebatur.Perfectũ.ineſt uel fuit.ut tentũ eſt uel fuit.Pluſquãperfectũ. in erat uel fuerat:ut tentũ erat:uel fuerat.Futuꝝ a prima uel ſecunda coniugatione in bitur:ſicut eſt amabitur.tenebitur.A tertia in.etur.ut eſt legetur.Hac ratione modus imperſonalis colligitur.At uero ſi.r.littera faciunt terminata; ut ſunt paſſiua.communia:& deponentia uniformiter currunt.Cætera uerba imperſonalia:quæ a ſe oriuntur:inter genera uerborum potius ordinare quidam probauerunt:quibus eloquentiæ & doctrinæ tributa eſt auctoritas.Hæc enim integrã declinationem deſiderant habere.& per omnia tempora:atq; modos:ſicut cætera uerba declinantur.ut pudet.penitet.& ſimilia.de quibus in ſuo loco plenius exponemus.Participalis modus uerboꝝ dictus eſt:ꝙ eius uerba ſunt participiis omnia ſimilia:nec tamen participia ſunt:ut legendi:legendo:legendum:lectum: lectu.Dicimus enim legendi officium mihi eſt:legendo didici:legendum eſt:lectu proficit:& lectũ eſt:quibus participia ſimilia ſunt:ut huius legendi: & huic legendo:hunc legendum:& hunc lectũ.Hæc eadem ſunt quæ probus ſupina appellat merito:quoniã nec certum habent numeꝝ:nec perſonã:nec ſignificatum: quo ſolo ab imperſonalibus differunt:Nam impſonalia agentis tantũ habent ſignificatũ:ut puta legit̃:ſcribit̃:hoc eſt omnes legunt:omnes ſcribunt.Nam legitur pro omnes legunt:nõ leguntur nominatiuo dixit.Participalia autem & agentis & paciẽtis habent ſignificatum.Nam cum dicat Virgilius.Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis:pacientem:non facientem:oſtendit.Significat enim dũ incantatur.Et uritq; uidendo fœminina:nondum uidet:ſed dum ab aliis ipſa

conſpicitur.Item fando aliquid ſi forte tuas peruenit ad aures:pro dum dicatur paſſiua ſignificatione.Aliter enim dictum eſt.Quis talia fando:téperet a lachrymis:actiua ſignificatione.Item miſerabile uiſu:quod ſignificat miſerabile dū uidetur.Et finem dedit ore loquendi:quod ſignificat finem dedit ore:dum loquitur.Et dictu mirabile monſtrum:quod eſt mirabile dum dicit̃.Et hmōi declinatio tam ex actiua q̄ paſſiua ſignificatione naſcitur.Qualitates uerboꝝ ſunt hæ: abſoluta ſiue perfecta:inchoatiua:iteratiua:ſiue frequentatiua:meditatiua:tranſgreſſiua:defectiua:ambigua:ſupina.Abſoluta uerborum qualitas eſt:quæ ſemel uel abſolute aliquid facere nos indicat:ut caleo:curro:ferueo:horreo.Inchoatiua uerboꝝ ſpecies eſt:quę rem inchoatam futurā tamen ſignificat:& uim incipiendi duntaxat in effectu habet.Hæc.ſco.ſyllaba terminant̃ & figurantur ab illis: quæ.o.littera terminantur:ut horreo:in horrore ſum:horreſco:horrere incipio: uel ab illis quæ.r.littera clauduntur:ut miſereor:miſereſco:ꝗle eſt miſereſcimus ultro. Ité labaſcit:ut Terentius:labaſcit uictus uno uerbo:& ex eo quod eſt labor:& ardeſcere ardere dicunt & teneraſcere:ut Lucretius in ſecundo.ſ.in tenero teneraſcere corpore menté.Ité amo ueteres:inchoatiuo modo dixerunt amaſco.Vnde & amaſcos amatores dicebāt ut Plautus in truculéto iucūdulos amaſcos cætera.Hio hias:ex quo iteratiuum figuratur:hiato:hiatas.Inchoatiuū uero figuratur:hiſco hiſcis cū dicimus.Sed quāꝗ ita ſe habeāt:tñ plus eſſe uidetur: in eo:quod eſt hiſcere:quā hiare.Hiat.n.qui ore patet:uel tacitus tñ quod in rebus fictis aīaduerti poteſt.hiſcere uero incipere loqui.Illud præterea nonnullis libuit aīaduertere:ꝙ actiuis actiua:nonnulla figurata inchoatiua reperiunt̃ etiam paſſiua:quale eſt gelo gelas:cuius inchoatiuū facit gelaſco:quod eſt incipio gelare.Item eū eſt lento lentas.Vnde Virgilius.Létandus remus ī unda.Ex hoc: inchoatiuū lenteſco facit:ut idé Virgilius:Et picis in morem ad digitos lenteſcit habendo.Eiuſmodi figuratio paꝝ admiſit ex ſe pfectū:nec conuenit admittere: ut aut poſſit:aut debeat cū cæteris téporibus:p totā declinationé:uim incipiendi ſignificare.Abſurdū eſt ergo:ea quę ſunt ichoatiua pfecto tpe definire & mox futuꝝ declinādo inchoatiua eſſe demonſtrare.Nec enī pōt:cū tota uerbi ſpecies inchoatiua dicatur:alia pte finitiua uideri:ut pfectū admittat.Nec enim paleſciui:horreſciui dicimus:per aliā tñ tranſfigurationé hæc uerba quidā declinare cōſueuerunt.ut paleſco:palefactus ſum:liqueſco liquefactus ſum:ꝗuis qdā ad perfectū inchoatiuū uenerint:mō primitiui:ut horreſco horrui:ex eo quod eſt horreo.Nec tñ oīa inchoatiua habēt primā poſitionem.Albeſco.n.nō habet albeo:licet figuranter Virgilius.Cāpiq; ingentes oſſibus albent.Ité putreſco:grādeſco: ſilueſco:uileſco:bruteſco iuueneſco non habet iuueneo.Nam ſeneſco : & ſeneo: apud antiquos dicebatur.Vnde & Catullus:nunc recondita ſenet quiete.Deducuntur item inchoatiua a neutris uerbis & appellatiōibus.ex uerbis:ut caleo:caleſco:deliteo : deliteſco:frondeo:frondeſco : floreo: floreſco . Et ſunt hæc:quæ a perfecta forma ueniunt.Sunt ité:quæ originē ſui non hñt:ut conſueſco:cōquieſco.ſunt quoq; alia inchoatiuis ſimilia:quæ inchoatiua nō eſſe tempoꝝ cōſideratione:pnoſcimus.ut cōpeſco cōpeſcui.Ex appellationibus quoq; ſic:ex ægro:eſt ægreſcit:ex igne:igneſcit:ex flāma:flammeſcit:ex dumis:dumeſcit:ex herba:herbeſcit.Sed hæc:quæ de appellatiuis deriuantur perfecta non hñt oīno.Errāt pleriq;:qui dignoſcere quærūt:iteratiua ab inchoatiuis.Quædā.n.ſunt:quæ utrāq;

ſpeciem admittunt:hiatare iteratiuum:inchoatiuum hiſcere.principale eorum eſt hio.Item lapſor iteratiuum:inchoatiuum labaſco:principale eorum labor. Error igitur hoc modo corrigitur cuiuſcunq; fuerint ordinis uerba in figuram in choatiuam collata:erunt coniugationis duntaxat tertiæ:Iteratiua uero cum ad mittunt ſpeciem:erunt ordinis tantum modo primi.Hactenus de inchoatiuis: deinceps de iteratiuis.Iteratiua ſiue frequentatiua eſt uerborum qualitas quæ aſſiduam in agendo uim habet:unde & appellationem ſubit quoniam frequen ter agendi iterat affectum.uelut merſo merſas:ideſt ſæpius mergo. Item exer- ceo & exerceor perfectum exercui:& exercitus ſum:dicimus hoc iteratur: hoc pacto:exercito & exercitaui: ideſt aſſidue exerceo.Itē exercitor exercitatus ſum ideſt aſſidue exerceor.Item habeo & habito:dicimus:ut apud Nęuium in demē tibus:animæ pauſillulum in me habitat.Item adeo adis:hoc iteramus:addito adi tas dictitantes.Item ineo inis:& inito dicimus.ut Pacuuius in antiopa:loca hor- rida initas.Similiter halare & halitare.Ennius illuſtris:ſublime iter quadrupe- dantes flammam halitantes hietare & hiatare ueteres dixerunt. Plautus:ſi qua forte contio eſt ubi cum hietare nondum in mentem uenit.CN.Atticus.xx.Illia dos.ille hiatans herba:moribundo ore.Item Cælius.ſequere metu:qui mihi oſci tans:hietanſq; teſtas.Liberius etiam in tauro:paſſiuo modo enuntiauit: hietan- tur fores pro eo quod eſt hietant ideſt patent.Sunt quædam iteratorum iterati- ua:& ſæpe in tres gradus deducunt uerba:quale eſt:uideo:uiſo:& quod eſt plus: uiſito.Item curro deinde curſo:& quod eſt plus:curſito. & hæc uerba cuiuſcũq; ſint coniugationis:cum iteratiua fuerint:primæ erunt coniugationis:excepto ui ſo:plena tamen iteratione in ordinem primum conferre: ut uiſito uiſitas. Item in duos tantum ſæpe gradus deducunt declinationem:ut uolo:uolito. Sunt eti- am frequentatiua:de nomine uenientia:ut patriſſat:græciſſat.Sunt item diminu tiua a forma perfecta:ut ſorbillo.ſunt ſine origine perfectæ formæ:ut pitiſſo:ua cillo.Hæc autem iterantur:quæ decorem:& ſermonis figuram ſubire poſſunt. Meditatiua eſt uerborum forma:qua non actus:ſed apparatus oſtenditur:ut par turio:lecturio:maturio:eſurio. Tranſgreſſiua uerba ſunt:quæ formam ſuam:id eſt primæ regulæ declinationem ſeruare non poſſunt.Tempore enim præterito perfecto:ſpecie tam abſoluta q̄ exacta:tranſeunt in formam paſſiuorum & depo nentium:quæ quidam ideo mixta appellauerunt.ſic ab eo quod eſt audeo: au- ſus ſum es eſt.Item in exacta ſpecie auſus eram eras erat.Item gaudeo:& ſimilia. Defectiua uerborum ſpecies:eſt cum in declinatione uerba deficiunt:nec habēt aut omnia tēpora:aut oēs numeros:aut oēs perſonas:aut modos.Hæc in.i.uoca lem exeunt:ut odi:cœpi:memini:quæ oīa pręſens tempus non habent:nec futu- rum.Dicimus.n.odi oderam.Item cedo quod nō habet niſi ſecundā perſonā prę ſentis tēporis:& eſt iperatiui modi.Ambigua uerba dicuntur quæ.o.littera ter- minata:& actiua poſſunt eſſe & neutralia pro ſignificatione dicentis:ut ludo.Si enim ſignificat ludo exerceo.ludo erit neutrale:ut apud Virgilium.Ludere quæ uellē calamo permiſſit agreſti.Si autē ſignificat deludo:derideo:erit actiuũ: ut ludo illũ:& ludor ab illis:ut apud Terentiũ:non ludis tu me? Omnia uerba:in dicatiuo mō:litteris quinq; finiunt.o.r.t.m.i.O:ut ludo.r.ut ludor.t.ut pudet.m. ut ſum:& quæ ex eo cōponunt:ut poſſum:adſum.i.ut noui.Cōiugatiōes uerbo rũ ſunt tres.Prima eſt indicatiuo mō tēpore p̄ſenti:nũeri ſingularis: figuræ ſim-

plicis:perſonæ primæ:uerbo actiuo & neutrali:aut.o.littera nulla alia præcedẽte uocali terminatur:ut amo:aut.e.&.o.ut eo:neo:aut.i.&.o.ut audio:aut.u.&.o.ut adiuuo.Eadem indicatiuo modo tẽpore præſenti.ſecunda ꝑſona:numero ſingulari ꝓducta.&.ſ.litteris terminantur.Paſſiui quoq; coniugatio prima eſt:quæ pronunciatiuo modo tempore præſenti:numero ſingulari:ſecunda perſona.a.litteram habet primã nouiſſimæ ſyllabæ:ut laudaris.Secunda eſt quæ eodẽ modo & tempore:& numero:ſecunda ꝑſona:uerbo actiuo & neutrali.e.producta ante nouiſſimã.ſ.terminat̃:ut doceo doces.Huius autẽ coniugationis ſemper ſecũda perſona una deterior eſt ſyllaba:ut doceo doces:ſedeo ſedes.Hæc enim ut ſuperior:futuro tempore:ꝓnunciatiuo mõ:numero ſingulari:perſona prĩa.bo.ſyllaba finit̃:ut laudabo:docebo.Secunda quoq; cõiugatio paſſiui uerbi:eodem mõ:tẽpore:numero:& perſona:litterã ꝓductam iuxta nouiſſimã ſyllabam habet:ut moneor moneris.In utraq; coniugatione:ꝓnunciatiuo modo:futuro tempore:prima perſona:per.bor.ſyllabam finitur:ut monebor:laudabor.Teitia eſt quæ eodẽ modo:& tempore:& perſona:& numero.i.ante nouiſſimã.ſ.litterã:terminatur.interdum correpta:interdum producta:correpta:ut dico dicis:producta:ut audio audis.hæc.i.ſuum ꝓductũ ubiq; cuſtodit:correpta autẽ.an.ꝓducta ſit:facile perſpicimus:in ĩdicatiuo modo tẽpore præſenti:ĩ numero plurali prĩa uel ſecũda ꝑſona:ubi ſine ſumma deformitate aduerſus naturã uerba corripi uel produci nõ poſſunt:ut legimus:legitis:audimus:auditis:& utraq; tam ꝓducta q̃ correpta:futuro tempore ꝓnunciatiuo modo:numero ſingulari:perſona prima per am.ſyllabã finitur:ut audiam:dicam.In his tamen duntaxat quæ cũ ꝓducta ſint ſecundæ coniugationis formulam:in prima perſona ſeruant:habentq; ante.o.e.penultimã correptam litteram:ut eo is:ibo:queo quis:quibo.Tertia coniugatio paſſiui uerbi:ita duplex eſt:ut pronunciatiuo modo:tempore præſenti:numero ſingulari:perſona ſecunda:aut.i.productam litteram iuxta nouiſſimam ſyllabam:habeat.ut nutrior nutriris:aut.e. correptam:ut rapior raperis:legor legeris.Futura autem tempora:pronũciatiuo modo:prima perſona per.ar.ſyllabam finitur:ut rapiar:nutriar:legar.Verba neutralia ad coniugationum ſpeciẽ uerbum actiuum ſequuntur.Deponentia & communia paſſiuis cohærent.Quædam extra has:nonnulla enim neutralia actiuum ſequuntur.Ex his ipſis uerba anormala uarie declinari neceſſe eſt quæ deinceps oſtendentur.Primæ coniugationis uerba:promiſſiuo modo:adiecta:ad imperatiuũ modum.bo.ſyllaba terminantur:ut amabo:cantabo.Primæ coniugationis uerba:infinitiuo modo:ſiue perpetuo:ad imperatiuum modum adiecta.re.ſyllaba terminantur:ut ama:amare:canta cantare.In indicatiuo modo:tempore imperfecto:ſpecie inchoatiua:adiecta ad imperatiuum modũ.bam.ſyllaba terminantur:ut ama:amabam.

Item indicatiuo modo tempore perfecto:ſpecie abſoluta:adiecta ad imperatiuum modum.ui.ſyllaba terminantur. Sed conſuetudo ſæpe breuitatem appetens.a.litteram ſubtrahit:&.i.ab.u.diſiungit:ut tono tonui:intono intonui. Item indicatiuo modo tempore præterito pluſquãperfecto:ſpecie exacta:adiectis ad imperatiuum modũ.ueram.ſyllabis terminantur:ut amaueram.Secundæ cõiugationis uerba:indicatiuo modo tempore præſenti.prima perſona.e.littera:ante.o.terminata:ut ſedeo:maneo:excepto uno uerbo & iis:quæ ex eo cõpoſita ſũt:quæ ſecundum tertium ordinem declinantur:eo:ueneo.Itẽ imperatiuo mõ:tem

pore præſenti:ſecunda ꝑſona:& littera ꝓducta:terminantur:ut ſedeo ſede:moneo mone. Item ꝓmiſſiuo modo:adiecta ad imperatiuū modum.bo.ſyllaba terminantur:ut ſedeo ſedebo. Item infinitiuo:adiecta ad imperatiuum.re.ſyllaba: manēte productione:terminantur:ut mane:manere:ſede ſedere. Item indicatiuo modo tempore præterito perfecto:ſpecie abſoluta exacta:interdum retinent formā generis ſui:ut uideo:uidi.moneo:monui. Interdū regulæ formā nō ſeruant:ſed potius conſuetudini:uel euphoniæ,q̄ rationi ſuccumbunt. Reſoluuntur enim in formā paſſiuorum & deponentiū ſic:fit enim ab eo quod eſt audeo:auſus ſum es eſt. In exacta ſpecie:auſus eram eras erat. Item indicatiuo modo tempore præterito imperfecto:ſpecie inchoatiua:adiecta ad imperatiuū modum.bam.ſyllaba terminantur.ut ſede ſedebam. Sunt quędam uerba:in quibus tantum imperatiuo modo declinantur:in ſecunda dūtaxat perſona ſingulariter: & pluraliter. Item infinitiuo modo præſentis tēporis:ſunt hæc duo. Imperatiuo modo:aue:ſalue & pluraliter auete ſaluete. Itē infinitiuo mō præſentis tp̄is auere:ut uolo & uos & illos ſimiliter ſaluere:hēt hoc uerbū & aduerbium: cum dicimus ſalue. Tertiæ coniugationis uerba:correpto indicatiuo modo:tempore præſenti: prima perſona.o.littera: nulla alia præcedente uocali terminantur: quā nonnulli poſtremā uocalē corripere oportere cenſent:ueluti:dico:lego:& his ſimilia.ſed cur ita facere oporteat:aut quare non.& in cæteris ordinibus idē ſit obſeruandum:in animum inducere nequeo:aut.o.ut rapio:facio:aut.uo.ut induo irruo. Item indicatiuo mō:tempore p̄ſenti.prima perſona:aut.o.littera:nulla alia præcedente uocali:aut.io:eodē imperatiuo mō:tēpore præſenti:perſona: ſecunda.e.littera:præcedente cōſonanti:terminantur:ut lego lege:peto pete:rapio rape:facio face. Sed admonendū fuit:cōſuetudinē in his tribus uerbis:nō ſeruari regulā:q̄ ſunt duco:dico:facio.ſic.n.dr̄ dic:duc:fac.q̄ uero.uo.terminantur: in īperatiuo mō:ſuā formā retinebūt:ut induo:indue:irruo:irrue. Itē promiſſiuo mō.am.ſyllaba terminant̄:præcedēte aut cōſonante primæ poſitionis:aut uocali:ut lego legā:peto petā:rapio rapiam:facio faciam:induo induā. Itē infinitiuo mō:adiecta ad īperatiuū.re.ſyllaba terminant̄.ut lege:legere:pete:petere rape: rapere. Itē īdicatiuo mō:tēpore p̄terito:ſpecie abſoluta & exacta:formæ regulā nō ſeruāt:ſed potius cōſuetudine declinant̄. Fit.n.ab eo:qđ eſt lego:legi:legerā: rego:rexi:rexerā:pūgo:pupugi:pupugerā:expūgo:expunxi:expūxerā:induo indui:induerā. Item indicatiuo mō tēpore præterito īperfecto:ſpecie inchoatiua: adiecta ad īperatiuū.bam.ſyllaba:terminant̄:præcedēte cōſonāte primę poſitionis.aut uocali:ut lege legebā:rape rapiebā:indue induebā. Oīa autē imperatiua tertiæ coniugationis correptæ:ſecūda ꝑſona tēporis inſtantis:per e litterā terminant̄.corripiunt̄ hæc tria dūtaxat:facio:fac:dico:dic:duco:duc:& q̄ ab his ſunt: Dico:addico:addic:prædico:prædic:indico:indic. Duco:abduco:abduc.ꝑduco: perduc.ſeduco:ſeduc. Sed facio qđ ſubnotauimus:ſi ꝓpoſitionē acceperit:ad regulā uenit:ut īficio infice:efficio effice:cōficio cōfice. Sed apud ueteres ſalua eſt regula:q dixerūt face:dice:duce:nō minus apud Virgiliū antiqtatis amantē. Tu uoluſe armari uolſcoꝝ edice maniplis. Ratiōe & cōpetēter:analogia & cōſuetudine eruditoꝝ. Quoniā īperatiua in omni uerbo:omniq; ordine ex ſecūda ꝑſona finitiua deriuant̄:amiſſa.ſ.ſemiuocali lr̄a.ueluti nuntio nuntias: nuntia: moneo mones:mone:munio munis muni.unde & eundē accētū ſeruare debēt:qui eſt in

ſecunda perſona:ut producant̃. In ſecundo uero ordine.i.correptum in.e.correptam uertitur:& fiunt imperatiua: lego legis lege:ita ergo:& dico dicis dice:facio facis face:debet declinari:ut duco ducis duce: & ita poſitum apud ueteres reperitur. Præterea in omni ordine.re.ſyllaba adiecta imperatiuis: fiunt infinitiua:ut dictũ eſt:quaſi ama amare:mone monere: muni munire:Item in tertio ordine correptæ:ſcribe ſcribere. Ita quoq; niſi dice:duce:face:declinatur:ducere:dicere:facere infinitiuum eſſe non poterit. Præterea id obſeruandum fuit:quod fere in tertio ordine plerunq; ueteres in tertia perſona finitiua temporis perfecti:numeri pluralis.e.mediam uocalem corripiunt:quaſi legerunt:emerunt.& ſimilia:ut apud Terentiũ:in prologo eunuchi:poſtquam ædiles emerunt. Tertiæ cõiugationis uerba productę:indicatiuo modo:tempore præſenti:prima perſona:aut.e.&.o.litteris terminãtur:ut adeo adis:prodeo prodis:aut.i.&.o.ut audio audis:nutrio nutris. Item tertiæ coniugationis uerba productæ:imperatiuo modo tempore præſenti:ſecunda perſona.i.producta terminantur:ut adeo adi:nutrio nutri. Item indicatiuo modo tempore præſenti:prima perſona cum.e.habuerit ante.o.eadem promiſſiuo modo ad imperatiuum adiecta.bo.ſyllaba terminant̃:ut adeo:adi:adibo:prodeo:prodi:prodibo. Quæ uero.io.eadem promiſſiuo modo.am.ſyllaba terminantur:ut audio:audi:audiam:nutrio nutri:nutriã. Item infinitiuo modo:adiecta ad imperatiuum.re ſyllaba terminant̃:ut adi:adire.prodi:prodire:nutri:nutrire. Item indicatiuo modo tempore præterito perfecto:ſpecie abſoluta:adiecta ad imperatiuum.ui.ſyllaba terminantur:ut adi adiui:prodi prodiui:nutri nutriui. Sed tamen conſuetudo breuitatem appetens.u.litteram ſubtrahit:&.i.ultimã geminat:ut adii:prodii:nutrii. Item quæ indicatiuo modo:tẽpore præſenti:prima perſona.eo.litteris terminantur.eadem indicatiuo modo:tempore præterito:ſpecie inchoatiua:adiecta ad imperatiuum.bam.ſyllaba terminantur:ut adeo adibam:prodeo prodibam. Quæ uero eadem.e.prope ultima ſyllaba producta dicuntur:ut audio audiebam:nutrio nutriebam. Sed ueteres hæc:ſine.e.littera pronunciabant:nutribam dicentes:ut apud Virgilium:nutribat tyruſq; pater:pro nutriebat. Item indicatiuo modo tẽpore præterito pluſquãperfecto:ſpecie exacta:adiectis ad imperatiuũ.ueram ſyllabis terminantur:ut adi:adiueram:nutri:nutriueram. Sed tamen in omnibus conſuetudo euphoniam captans.u.litteram ſubtrahit.&.i.corripit:ut audieram:nutrierã. Omnium uerborũ:quæ.o.littera terminantur:coniugatio:etiã ab optatiuo modo:& coniunctiuo:tẽpore præſenti duntaxat colligit. Nam ſi prima eſt coniugatio:optatiuũ:& ſubiunctiuũ in em.ſyllabam terminatum ſimiliter debet habere:ſicut eſt:utinã amẽ:uel cum amem. Quod ſi ſecunda coniugatio:fuerit optatiuo ſimiliter & ſubiunctiuo.am.terminatur:ut teneam:uel cũ teneam. Tertia uero eodem modo:& tempore in.rem.terminari debet:ut eſt:utinam:uel cum legerem. Nam in omni uerbo actiuo & neutrali:optatiuo & coniunctiuo modo:tempus præteritum perfectum in.rim.exire debet.pluſquamperfectum in.ſem. Sed ſimiliter ut in prima coniugatione utinã amauerim:& utinã amauiſſem. Item in ſecunda:utinã monuerim utinã monuiſſem:uel cũ monuerim:monuiſſem:Pari modo & tertia:utinã legerim:utinam legiſſem:& cũ legerim:& cũ legiſſem. Ab his uerbis o. lr̃a terminatis:infinitiuus modus:tẽpore præſenti:exire debet in.re. Perfectum eius in ſe:Futurum in re:ut eſt legere:legiſſe:lectum ire. Verba quæ.or.ſyllaba

terminant:indicatiui modi præteritũ imperfectum in.bar.debent mittere:perfectum in ſum:pluſq̃perfectũ in.eram:ut legebar:lectus ſum:lectus eram.Ab optatiuo uero & coniunctiuo:præteritũ perfectũ in.rer.debent mittere:perfectũ in.ſim.pluſquãperfectũ in.ſem:ur legerer:lectus ſim:lectus eſſem.Ab his infinitus modus tẽpore præſenti.i.deber littera terminari.Præteritũ eſſe. Futurꝫ in iri.ut legi:lectũ eſſe.lectũ iri.Amo uerbũ abſolutũ:finitũ:actiuũ:figuræ ſimplicis:numeri ſingularis:modi indicariui:temporis præſentis:perſonæ primæ:coniugationis primæ:quod declinabitur ſic. Modo indicatiuo rempore præſenti. Amo amas amat.Et pluraliter amamus amatis:amant. Eodẽ modo:tẽpore pręterito ĩperfecto ſpecie ĩchoatiua:amabã amabas amabat:& pluraliter amabamus amabatis amabant. Eodẽ modo:præterito perfecto:ſpecie abſoluta:amaui amauiſti uel amaſti:amauit.Pluraliter amauimus'amauiſtis uel amaſtis.amauerũt uel amauere. Eodem modo:tẽpore præterito pluſquã perfecto:ſpecie recordatiua amauerã uel amarã:amaueras uel amaras:amauerat uel amarat.Pluraliter amaueramus uel amaramus:amaueratis uel amaratis:amauerant uel amarant.Futuro tẽpore:eodẽ modo:amabo:amabis:amabit. Pluraliter amabimus:amabitis:amabunt. Modo impatiuo:tẽpore præſenti:ad ſecundã & tertiã perſonã:ama:amet.Pluraliter amemus:amate:ament. Quidã putant amemus impatiuũ eſſe pluralẽ:& primã perſonã:quod nos hortatiuũ appellamus.Eodẽ modo tẽpore futuro:amato tu:amato ille.Pluraliter amemus:amatote:amanto uel amantote.

Modo optatiuo:tẽpore præſenti:& præterito impfecto:ſpecie inchoatiua:utinã amarẽ:amares:amaret.Pluraliter utinã amaremus.amaretis.amarent.Eodem modo:tẽpore p̃terito perfecto:ſpecie abſoluta:utinã amauerim:amaueris:amauerit.Pluraliter utinã amauerimus:amaueritis:amauerint. Eodẽ modo:præterito pluſquãperfecto:ſpecie recordatiua:utinã amauiſſem amauiſſes amauiſſet. Pluraliter utinã amauiſſemus amauiſſetis amauiſſent. Eodẽ modo tẽpore futuro:utinã amẽ:ames:amet.Pluraliter utinã amemus:ametis:ament. Modo coniunctiuo:tempore præſenti:cũ amẽ:ames:amet. Pluraliter cũ amemus:ametis:ament. Eodẽ modo tẽpore præterito ĩperfecto:cũ amarẽ:amares:amaret.Pluraliter cũ amaremus:amaretis:amarent. Præterito perfecto:ſpecie abſoluta:cũ amauerim:amaueris amauerit. Pluraliter cũ amauerimus:amaueritis:amauerint. Eodẽ modo:tẽpore præterito pluſquãperfecto:ſpecie recordatiua.cũ amauiſſem:amauiſſes:amauiſſet.Pluraliter cũ amauiſſemus:amauiſſetis:amauiſſent.

Eodẽ modo:tẽpore futuro:cũ amauero:amaueris:amauerit.Pluraliter cũ amauerimus:amaueritis:amauerint. Modo imperfecto:qui eſt infinitiuus numeris & perſonis:tẽpore præſenti:amare.Præterito amaſſe uel amauiſſe. Futuro amatum ire:uel amaturũ eſſe. Modo imperſonali:tẽpore præſenti:amatur.Imperfecto:amabatur.Perfecto:amatum eſt uel fuit.Pluſquãperfecto:amatum erat uel fuerat.Futuro:amabitur. Modo participiali:amandi:amando:amandum:amatum amatu.Hæc gerundia ſunt apud quoſdam: quæ probus ſupina appellat.

Participia trahuntur ab hoc uerbo actiuo:duo:præſentis temporis:& futuri. Præſentis:ut hic:& hæc:& hoc amans. Futuri:hic amaturus:hæc amatura:hoc amaturum. Notandum in hac tamen coniugatione:ꝙ tertia eius perſona finitiua:temporis perfecti:numeri pluralis:perſæpe colligit unam ſyllabam:breuitatis cauſa:& hoc fere in alio non admittitur ordine:quaſi amarunt appellarunt.

Amplius ſolet fere in hoc ordine:tẽpore perfecto:coniũctiuo:tam ſingulari quã pluráli:demi ſyllaba cum dicũt ueteres:cũ amarim:amaris:amarit:plr cum amarimus &c.pro eo ſane quod eſt cũ amauerim.In hac coniugatione:ſecũdam perſonam per.as.obſeruabis:ut amo:amas.In futuro primam pſonam in.bo.ut amabo.Imperatiuo modo ultimã habet detractam.s.ama:cui impones.re.infinitiuo ut amare.Amor uerbũ finitiuũ abſolutũ:figuræ ſimplicis:numeri ſingularis:modi indicatiui:temporis præſentis.perſonæ primæ:modo indicatiuo:tempore pręſenti:amor:amaris:amat᷑.pluraliter amamur:amamini:amantur. Eodem modo:pręterito imperfecto:ſpecie inchoatiua:amabar amabaris amabatur. pluraliter amabamur:amabamini:amabant᷑. Eodem modo:tempore pręterito perfecto:amatus ſum es eſt.pluraliter amati ſumus eſtis ſunt. Vlteriore modo amatus fui fuiſti fuit.pluraliter amati fuimus fuiſtis fuerũt uel fuere. Eodem modo præterito pluſq̃perfecto amatus eram eras erat.pluraliter amati eramus eratis erant. Vlteriore modo amatus fueram fueras fuerat.pluraliter amati fueramus:amati fueratis:amati fuerant. Eodem modo:tempore futuro:amabor amaberis uel amabere amabit᷑.plr amabimur amabimini amabunt᷑.Modo imperatiuo:tempore præſenti:ad ſecũdam & tertiam perſonã:amare:amet᷑.pluraliter:amemur amamini ament᷑.Futuro:amator tu:amator ille.pluraliter amemur amaminor amantor. Modo optatiuo:tpe præſenti:& præterito imperfecto:utinam amarer amareris uel amarere amaretur.pluraliter utinã amaremur amaremini amarentur.

Eodem modo:tempore præterito perfecto utinam amatus ſim ſis ſit.pluraliter utinam amati ſimus ſitis ſint. Vlteriore modo utinam amatus fuerim fueris fuerit. Pluraliter utinam amati fuerimus fueritis fuerint. Eodem modo:tempore præterito pluſquamperfecto:utinam amatus eſſem:eſſes:eſſet. Pluraliter utinam amati eſſemus:eſſetis:eſſent. Vlteriore modo:utinã amatus fuiſſem. Pluraliter utinã amati fuiſſemus:& cætera. Eodem modo:tẽpore futuro:utinam amer:ameris:uel amere:ametur.Pluraliter:utinã amemur:amemini:amentur.

Modo coniunctiuo tẽpore præſenti:cũ amer:ameris:uel amere ametur. Pluraliter:cũ amemur:amemini:amẽtur. Eodẽ modo:tẽpore præterito ĩperfecto:ſpecie inchoatiua:cũ amarer & cætera. Eodẽ modo tempore præterito perfecto:ſpecie abſoluta:cũ amatus ſim.Vlteriore modo:cũ amatus fuerim. Eodem modo:tẽpore præterito pluſquãperfecto:ſpecie recordatiua:cũ amatus eſſem. Vlteriore mõ:cũ amatus fuiſſem &c.Eodem mõ:tẽpore futuro:cum amat᷒ ero. Vlteriore modo:cum amatus fuero. Modo perpetuo:qui eſt infinitiuus numeris & perſonis:tẽpore præſenti:amari. Præterito:amatum eſſe uel fuiſſe.futuro amatum iri:uel amandum eſſe. Modo imperſonali amatur:præterito imperfecto:amabatur:præterito perfecto:amatũ eſt uel fuit:præterito pluſquamperfecto:amatũ erat uel fuerat.Futuro amabitur. Modo participali:amandi:amando:amandum:amatum amatu.Sed apud quoſdam hæc gerundia ſunt:quæ probus ſupina appellat. Participia trahuntur ab hoc uerbo paſſiuo duo:præteriti temporis & futuri:præteriti:hic amatus:futuri:hic amandus.Actiui uerbi regulam:neutrale uerbum ſequitur:paſſiui commune & deponens. Doceo uerbum abſolutum:indicatiuo modo dictũ:ſignificationis actiuæ:coniugationis ſecundæ:numeri ſingularis:figuræ ſimplicis:temporis inſtantis:perſonę primæ:quod declinabitur ſic.Doceo:docebam:docui:docueram:docebo. Imperatiuo mo-

do:tēpore præſenti:ad ſecundā:& tertiā pſonam:doce:doceat:pluraliter:docea-
mus docete doceant.Futuro:doceto tu:doceto ille.pluraliter:doceamus:doceto
te:docento. Optatiuo modo tempore p̄ſenti:& præterito imperfecto : perſona
prima:utinam docerem:docuerim:docuiſſem:doceā:Cōiunctiuo modo:tempo-
re p̄ſenti:cum doceā:docerē:docuerim:docuiſſem:docuero.Infinitiuo modo nu
meris & pſonis tpe pñti:docere docuiſſe:doctum ire.Participia trahunť ab hoc
uerbo actiuo duo:pręſentis temporis & futuri:pñtis docens:futuri docturus.In
hac coniugatione obſeruabimus participia:cū cæterarum cōiugationū fere pa-
res uerbis habent ſyllabas:hæc minus una ſyllaba declinanť:uelut moneo mo-
nēs:ſedeo ſedēs & ſimilia:in hac coniugatiōe nō eſt reperire ullū uerbū in poſtre-
ma parte geminari:ſed a prima tātum:quale eſt mordeo:momordi.quare errant:
qui dicunt:prādeo prādidi.Doceor uerbū abſolutū:indicatiuo mō dictum.ſigni
ficatiōis paſſiuæ:cōiugatiōis ſecūdæ:numeri ſingularis:figuræ ſimplicis:tempo-
ris inſtātis:pſonæ primæ:quod declinabiť ſic.Doceor:docebar:doctus ſum:do-
ctus fui:doctus erā:doctus fueram:docebor. Imperatiuo modo ad ſcđam & ter
tiam pſonam:docere doceatur:pluraliter doceamur docemini doceantur.Futu-
ro:docetor tu:docetor ille:pluraliter doceamur doceminor docētor. Optatiuo
modo tempore pñti præterito imperfecto utinā docerer &c.Eodem modo tem-
pore p̄terito perfecto & pluſquamperfecto utinā doctus eſſem:& ulteriore:do-
ctus fuiſſem.Eodē modo tēpore futuro:utinam docear. Cōiunctiuo modo tem
pore p̄ſenti:cū docear:docerer:doctus ſim uel fuerim:doctus eſſem uel fuiſſem.
Futuro cū doctus ero.Et ulteriore:cū doctus fuero.Infinitiuo modo numeris &
pſonis:tpe præſenti:doceri.Præterito:doctū eſſe.Futuro doctū iri.Gerundia uel
participialia docendi:docēdo:docendū:doctū doctu.Participia trahunť ab hoc
uerbo paſſiuo:duo:præteriti tēporis & futuri.Præteriti:doctus:futuri:docēdus.
Audior uerbum abſolutum:indicatiuo modo dictum:ſignificationis paſſiuæ:cō
iugationis tertiæ:numeri ſingularis:tēporis inſtantis:qđ declinabiť ſic.Audio &
paſſiue audior audiebam:paſſiue audiebar audii & audiui:paſſiue auditus ſum:
auditus fui:audierā & audiueram:paſſiue auditus eram:auditus fuerā . audiā:&
audiar.Imperatiuo mō tempore pñti:ad ſecundam & tertiam perſonam:audi:au
diat:pluraliter audiamus:audite audiant.Et paſſiuo:audire:audiať.pluraliter au
diamur:audimini audiantur.Futuro audito tu:audito ille.plr audiamus:audito-
te,audiunto uel audiūtote.Futuro auditor tu:auditor ille. Pluraliter audiamur
audiminor:audiuntor. Optatiuo modo:tpe pñti:& præterito imperfecto:utinā
audirem:& in paſſiuo audirer.Perfecto & pluſq̄perfecto:audiſſem: uel audiuiſ-
ſem.& paſſiuo:auditus eſſem uel fuiſſem.Futuro utinā audiā.& paſſiuo audiar.
Cōiunctiuo mō tpe pñti:cū audiā.& paſſiuo:cū audiar:impfecto:cum audirem:
& paſſiuo:cū audirer.Perfecto cū audierim/& ueteres audiuerim. Paſſiuo/cum
auditus ſim & fuerim/pluſq̄perfecto/cū audiſſem/& audiuiſſem.Paſſiuo/cum au
ditus eſſem uel fuiſſem.Futuro:cū audiero & audiuero paſſiuo:cum auditus ero
uel fuero.Infinitiuo modo numeris & perſonis:audire:paſſiuo:audiri:præterito:
audiſſe uel audiuiſſe : paſſiuo:auditum eſſe uel fuiſſe.Futuro:auditum ire : paſſi-
uo:auditum iri.Imperſonali mō:audiť:audiebať:auditum eſt:auditum fuit:au-
ditum erat:auditum fuerat: audieť.Gerundia : uel pticipalia:audiēdi:audiendo.
audiendum:auditū auditu.Participia trahunť a uerbo actiuo duo: p̄ſentis tēpo-

ris & futuri.Præſentis temporis:audiens.Futuri:ut auditurus.Et a paſſiuo duo: præteriti:ut auditus.Futuri:ut audiendus.Lego:legor uerba abſoluta ĩdicatiuo modo dicta:ſignificationis actiuæ & paſſiuæ:coniugatiõis tertiæ correptæ:numeri ſingularis:figuræ ſimplicis:temporis inſtantis:perſonæ primæ:quæ declinabunt ſic.Lego legor.Imperfecto legebam legebar. Perfecto:legi lectus ſum uel fui.pluſquamperfecto:legeram:lectus eram uel fueram.Futuro:legã legar. Imperatiuo modo:tempore præſenti ad ſecundam & tertiam perſonam:lege legat.Pluraliter legamus legite legant:& paſſiuo:legere legatur.Pluraliter legamur:legimini:legant.Futuro:legito tu:legito ille.pluraliter:legam⁹:legitote:legant:uel legunto.Et paſſiuo legitor:legitor.pluraliter legamur legiminorleguntor.Optatiuo modo:tempore pręſenti:utinam legerẽ legerer.perfecto & pluſq̃perfecto:legiſſem:& lectus eſſem uel fuiſſem.Futuro utinam legã legar.Coniũctiuo modo:tempore præſenti:cũ legam legar.imperfecto:cũ legerem legerer. pfecto:cũ legerim:lectus ſim & fuerim.pluſq̃perfecto:cũ legiſſem:lectus eſſem uel fuiſſem.Futuro cũ legero:lectus ero uel fuero. Infinitiuo mõ:tempore præſenti:legere legi. Præterito:legiſſe lectũ eſſe uel fuiſſe.Futuro lectũ ire & lectũ iri. Imperſonali modo:legit̃:legebat̃:lectũ eſt:& fuit:lectũ erat & fuerat:legetur. Gerũdia uel participalia:legẽdi:legẽdo:legẽdũ:lectũ lectu.Participia trahunt̃ ab his uerbis:quattuor:actiua duo:præſentis tpis:& futuri:legẽs & lecturus.Paſſiua duo:lectus & legendus.In tertia cõiugatione correpta:nõnulli cenſent:uerba prima poſitione poſtremã uocalẽ lr̃am corripe oportere:ueluti dico: lego:& his ſilĩa:cur id facere oporteat:aut q̃re nõ:& in certis ordinib⁹ ſit obſeruãdũ:nõ eſt inuẽta rõ.Scdæ coniugationis:tpis inſtantis:gaudeo.plr̃ gaudem⁹:gaudebam.Plr̃ gaudebamus:gauiſus ſum es eſt:& fui fuiſti fuit.Pluraliter gauiſi ſumus fuimus:eſtis fuiſtis:ſunt fuerũt:erã fuerã:eras fueras:erat fuerat.Plr̃ gauiſi eramus fueram⁹:eratis fueratis:erãt fuerãt.Futuro gaudebo.Modus impatiuus: temporis inſtantis:gaude gaudeat.Pluraliter gaudeamus gaudete gaudeãt.Futuro:gaudeto tu:gaudeto ille.Pluraliter gaudeamus:gaudetote:gaudeant:gaudento. Optatiuo modo:inſtantis:utinam gaudeã:gaudeamus : gauderem:gauderemus:gauiſus ſim ſis ſit:gauiſus fuerim fueris fuerit:ſimus ſitis ſint:fuerimus fueritis fuerint.Pluſquamperfecto:gauiſus eſſem eſſes eſſet:fuiſſem fuiſſes fuiſſet:eſſemus eſſetis eſſent:fuiſſemus fuiſſetis fuiſſent.Futuro:utinam gaudeã gaudeamus. Subiunctiua ſimiliter declinantur:præterito.Nam ſubiũctiuoꝝ futuro:cum gauiſus ero uel fuero:eris uel fueris:erit uel fuerit. Infinitiua: inſtantis: gaudere:præteritum:gauiſum eſſe uel fuiſſe.Futuro:gauiſum ire : gauiſurũ eſſe: & gauiſum iri.Participia ſecundum formam quidem actiuam:præſentis & futuri:ſecundum autem formam paſſiuam : præteriti tantum:inſtantis hic & hæc & hoc gaudens. Futuri:gauiſurus gauiſura gauiſurum:præteriti:gauiſus:gauiſa: gauiſum:& ſimilia. Ordinis ſecundi:ſoleo:ſolitus ſum:audeo:auſus ſum:ſed ſoleo futurum omnino non habet:quia habet uim præteriti. Tertiæ coniugationis:inſtantis:fido fidis fidit:pluraliter fidimus fiditis fidũt:fidebam fidebas fidebat.ita perfecto:fiſus ſum es eſt:fui fuiſti fuit.Pluraliter fiſi ſumus eſtis ſunt:fuimus fuiſtis fuerunt:eram eras erat:fueram fueras fuerat.Pluraliter eramns eratis erant:fueramus fueratis fuerant. Futuro fidam fides fidet. Pluraliter fidemus fidetis fident. Imperatiuo:inſtantis fide fidat. Pluraliter fidamus fidite

fidant.Futuro:fidito:fidat.pluraliter fidamus fiditote fidant:fidunto. Optatiuo modo: inſtantis: utinam fidam fidas fidat.pluraliter utinam fidamus fidatis fidant imperfecto:fiderem fideres fideret.perfecto fiſus ſim uel fuerim.pluſquã perfecto:fiſus eſſem uel fuiſſem.Futuro utinã fidam. Subiunctiuorum futurũ: cum fiſus ero uel fuero.Infinitiuo:inſtãtis:fidere.Præteriti:fiſum eſſe uel fuiſſe.

Futuro fiſum ire:fiſurũ eſſe:& fiſum iri.Participia actiua:inſtantis & futuri:Paſſiua præteriti tantũ.Inſtantis:ut hic & hæc & hoc fidẽs.Futuri fiſurus fiſura fiſurum præteriti fiſus fiſa fiſum:& quæ ab his:infido:diffido.Productæ cõiugationis:tẽporis inſtantis:fio fis fit. pluraliter fimus fitis fiunt. Imperfecto:fiebã fiebas fiebat.perfecto: factus ſum & fui: factus eram & fueram. Futuro fiam.

Imperatiuo modo:fi fiat. pluraliter fiamus fite fiant.Futuro:fito tu:eſto.plũraliter fiamus eſtote fiant:& ſunto. Optatiuo: inſtantis:utinam fiam: fierem: factus ſim uel fuerim:factus eſſem uel fuiſſem:Futuro:utinam fiam. Subiunctiui futuꝝ:cum factus ero & fuero. Infinitiuo:inſtantis: fieri.præterito: factũ eſſe uel fuiſſe.Futuri factum iri & ire:participia actiua inſtantis & futuri:paſſiua præteriti tantũ.Inſtantis:ut hic & hæc & hoc fiens.Futuri facturus factura facturum.præteriti factus facta factum. Supina fiendi fiendo fiendum:& quæ ab his patefio:caleſio:madefio: expergefio:manſueſio:liqueſio:aſſueſio:arefio: & quæ fio terminant̃. Infinitiuum huius uerbi quod eſt fio per i facit:fieri:cũ omnia uerba:actiua uoce illata:in e faciant:uelut amare:docere:munire. Verba tẽporibus confuſa:inſtantis tẽporis:memini meminiſti meminit. imperfecto memineram.Futuro meminero. Imperatiuo inſtantis:nõ habet.Futuro mementõ.plr̃ mementote. Optatiuo inſtãtis: & imperfecto utinã meminerẽ.perfecto meminerim.pluſquamperfecto meminiſſem.Futuro meminerim. Subiunctiui futuꝝ meminero. Infinitiui præteriti temporis tantum meminiſſe. Participia non habet:& cætera ſimiliter. Noui:odi:pepigi:hæc tria ne imperatiuũ quidem hñt oĩno:cũ etiam in eo:quod eſt memini:futurum tantum ſit:& hoc in ſecunda perſona:dũtaxat.In iis uerbis:in quibus notauimus imperatiua deficere: quæ ſunt noui:memini:pepigi:odi cœpi. Grãmatica inducit ĩperatiua hoc modo:Dicunt.n.oĩa imperatiua tribus modis intendi poſſe:ut dic: dicas dixeris: & ita diſtinguunt: dic ex eo quod ẽ regulæ ſolitæ:quã ĩ declinatiõe obſeruauimus. Dicas autem & dixeris per defectionẽ:ut ſic:fac dicas:fac dixeris:quoꝝ alterum eſt optatiuorum inſtans & futurum idem. item ſubiũctiuorum inſtans:quod eſt dicas alterum ſubiunctiuoꝝ futurum:ſiue præteritũ perfectum:quod eſt dixeris.Ergo ĩperatiua utiliter uerbis quæ præpoſuimus aſſignant:quæ non habere notauimus:ut memineris:quod figuratur ita:fac memineris: quod ipſum etiam in omnibus obſeruari uerbis poteſt:q̄uis imperatiua habuerint ſua:uelut ames: ut ſic:fac ames:& amaueris:ut ſic fac amaueris.ſimiliter:fac doceas:fac docueris: fac uincas:fac uiceris. Item munias:munieris. Præponuntur autẽ imperatiuis alia multa:uelut rogo:peto:uolo:moneo:quæſo:hortor:ideſt facias:dicas.Declinationes eorũ uerboꝝ inſeruimus:quæ uident̃ etiam ipſa defectiua eſſe:& ambigue declinari:inſtantis uolo:uis:uult:uolumus:uultis:uolũt.Imperfecto:uolebam:perfecto:uolui:pluſq̄perfecto:uolueram.Futuro:uolam. Imperatiuo inſtantis:fac uelis.pluraliter uelimus uelitis uelint.Futuro:uelito:uelit. Pluraliter uelimus:uelitote:uelint. Optatiuo inſtantis:utinam uelim.Imperfecto uti-

nam uellem.perfecto uelim.pluſq̃perfecto uoluiſſem.Futuro uelim.Subiũctiui futuro:cum uoluero.Infinitiuo inſtantis:& præteriti:tantum inſtans:uelle præteriti:uoluiſſe.Participia inſtantis tantũ:hic & hæc & hoc uolens:ſimiliter:ut uolo nolo:quanq̃ etiam circa hæc uerba imperatiua ſimiliter obſeruare debemus: ſecũdum annotationem præcedentem.Sũt qui ita dicũt:malis:nolis:malim:malis:malit. Optatiuo:utinam nolim nolis nolit. Verbum actiuũ finitũ tertiæ cõiugationis:tollo.Perfecto:ſubſtuli.pluſq̃perfecto:ſubſtuleram . Futuro: tollam. Imperatiuo:tolle:tollat. Pluraliter tollamus:tollite:tollant.Futuro:tollito:tollito.Optatiuo:utinã tollerem:tolleres:tolleret.præteritoperfecto : ſubſtulerim: pluſq̃perfecto:ſubſtuliſſem. Futuro:tollam.Subiunctiuo:cum tollam.Futuro: ſubſtulero.Infinitiuo:tollere.Præterito:ſubſtuliſſe.Futuro:ſublatũ ire uel ſublaturũ eſſe.Participia inſtantis:tollens.Futuri:ſublaturus. Gerũdia: tollendi:tollendo:tollendũ.Paſſiua declinatio ita:tollor.Imperfecto:tollebar.perfecto:ſublatus ſum uel fui.pluſquamperfecto:ſublatus eram uel fueram.Futuro:tollar.

Imperatiuo:tollere:tollat. Pluraliter:tollamur:tollimini:tollant. Optatiuo: utinam tollerer.præteritoperfecto:utinam ſublatus ſim uel fuerim.pluſquamperfecto:ſublatus eſſem uel fuiſſem.Futuro utinam tollar. Subiunctiuo:cũ tollar.Futuro:cũ ſublatus ero uel fuero.Cætera:ut in optatiuo.Infinitiuo:tolli.perfecto:ſublatũ eſſe.Futuro ſublatũ iri.Participia præteriti:ſublatus.Futuri:tollendus.Supina:ſublatũ:ſublatu. Verbi corrupti alia declinatio:temporis inſtantis:ſum es eſt.Imperfecto:eram.perfecto:fui.pluſquamperfecto:fueram.Futuro ero. Imperatiuo inſtantis:es ſit.Pluraliter:ſimus eſte ſint.Futuro eſto:eſto.pluraliter:ſimus:eſtote:& ſunto. Optatiuo: inſtantis temporis:ſim ſis ſit.Imperfecto:eſſem:perfecto:fuerim.pluſquamperfecto:fuiſſem. Futuro ſim. Subiunctiuo:futuro:cum fuero.In cæteris:ut in optatiuo. Infinitiuo inſtantis:eſſe.perfecto:fuiſſe. Futuro:fore:futurum eſſe:& futurum ire. Participia futuri tantum:futurus:& quæ ab eo compoſita ſunt:ut poſſum:adſum:præſum:deſum:abſum: interſum:proſum:ſuperſum.Sed ex his duo habent participia inſtãtis etiam.Nam præſum:præſens:abſum:abſens:dicimus. Inter hæc:quæ cum uerbo reponunt: hoc ſolum poſſum non poteſt uideri:facit enim perfectum potui:cuius declinationem inſeruimus inſtantis.Poſſum potes poteſt:poſſumus poteſtis poſſunt.imperfecto poteram.perfecto potui.pluſquãperfecto:potueram.Futuro potero. Imperatiuo inſtãtis:poſſis poſſit.pluraliter poſſimus poteſte poſſint.Futuro poteſto poſſit.pluraliter poteſtote:poſſint:& poſſunto. Optatiuo inſtãtis:poſſem poſſes:potuerim:potuiſſem:poſſim. Subiunctiuo:Futuro cum potuero. Infinitiui inſtantis & præteriti tantum.futurum non habet:inſtantis poſſe.præteriti potuiſſe.Participia inſtantis tantum:futuri non habet:inſtãtis:hic & hæc & hoc potens.Sed quidam dicunt participia:ne inſtantis quidẽ tẽporis:habere. Nã potens nomen eſt.Eo is it.pluralr imus itis eunt.imperfecto ibã.perfecto ii iiſti iit: iimus iiſtis ierunt uel iere.pluſquamperfecto ieram.Futuro ibo. Imperatiuo inſtantis:i:eat.plr eamus:ite:eant.Futuro ito eat.pluralr eamus itote eant & eũto.

Optatiuo inſtantis:utinam eam:irem:ierim:iuiſſem:eam. Subiũctiuo cũ iero. Infinitiuo inſtantis:ire:& iturũ eſſe. Participia inſtantis:hic & hęc & hoc iens: Futuri:iturus:& quæ ab eo compoſita ſunt:prodeo : exeo : circumeo:præeo:abeo:exeo:ineo:ueneo:ſubeo:adeo:nequeo:pereo:tranſeo:prætereo: anteeo : pro

deuntem:ſubeuntem dicimus:nõ prodentẽ:non abientem:ſubiẽtem:alioqui pec
camus. Verbum imperſonale itur:a me:a te:ab illo:a nobis:a uobis:ab illis.
imperfecto:ibatur.perfecto:itum eſt.pluſquãperfecto:itum erat. Futuro ibitur.

Imperatiuo inſtantis:eatur. Optatiuo inſtantis:utinã eatur imperfecto:ire-
tur.pluſquã perfecto:itum eſſet uel fuiſſet.Futuro eatur.Subiunctiuo inſtantis:
cum eatur:imperfecto:iretur:perfecto:itum ſit uel fuerit.pluſquamperfecto:itũ
eſſet uel fuiſſet. Futuro:itũ erit uel fuerit.Infinitiuo temporis inſtantis:iri:perfe
cto:itum eſſe.Futuro itum iri.Participia non habet. Verbum corruptũ actiuũ:
inſtantis temporis:fero fers fert.Plr ferimus fertis ferunt.Imperfecto :ferebam:
ferebas:ferebat.perfecto:tuli.pluſquamperfecto:tulerã. Futuro feram. Im
peratiuo inſtantis:fer:ferat:feramus:ferte:ferant.Futuro ferto tu:ferto ille:fera-
mus:fertote:ferant:& ferunto.Optatiuo inſtantis:& præterito imperfecto.fer-
rem.perfecto:tulerim.pluſquãperfecto:tuliſſem.Futuro ferã. Subiunctiuo
futuræ cum tulero. Infinitiuo inſtantis ferre.præterito tuliſſe.Futuro latum ire
& laturum eſſe.Imperſonali.inſtantis:fertur.Imperfecto : ferebatur.Perfecto:la
tum eſt & fuit.pluſquamperfecto:latum erat & fuerat : Futuro feretur. Gerun
dia:ferendi:ferendo:ferendum:latum:latu. Participia inſtantis temporis : hic
& hæc & hoc ferens:Futuri laturus:& quæ ab eo compoſita ſunt:ut differo:affe
ro:profero: præffero : effero : differo:confero:antefero: aufero : infero: ſuffero.

Paſſiuum feror:ferris:fertur:ferimur:ferimini:feruntur. Imperfecto ferebar.
perfecto latus ſum & fui.pluſquamperfecto latus eram & fueram.Futuro ferar
fereris. Imperatiuo modo:ferre:feratur:Futuro:fertor. Optatiuo:utinam fer-
rer.perfecto:latus ſim & fuerim.pluſquam perfecto:latus eſſem & fuiſſem. Fu-
turo utinam ferar.Subiunctiuo:cum ferar.Futuro:cum latus ero & fuero.Infi-
nitiuo:ferri.perfecto latũ eſſe.Futuro latũ iri.Participia præteriti:latus. Futuri:
ferendus.Supina:latũ latu.Edo es eſt.plr edimus:ediſtis:edunt:edebã:edi : edi-
ſti:edit:ederam:edam. Imperatiuo:ede edat. Pluraliter:edamus:edite:edant.
Futuro eſto tu:eſto ille:uel edat.Pluraliter:edamus:eſtote:edant uel edunto:ue-
teres:ede edat:edamus:edite:edant. Futuro:edito:edat:edamus: editote: edant:
uel edunto. Optatiuo inſtantis:& imperfecto:eſſem eſſemus:ut Terentius:de
ſymbolis eſſemus.perfecto ederim.pluſquamperfecto:ediſſem. Futuro edam.
Subiunctiuo inſtantis:cum edam.Futuro cum edero. Infinitiuo inſtantis: eſſe
perfecto:ediſſe:ueteres edere dicebant.Futuro:eſum ire & eſſurum eſſe.Imper-
ſonalia inſtantis:eſtur dicebatur:edebatur:eſum eſt uel fuit:eſum erat uel fuerat:
edetur. Gerundia edendi:edendo:edendum:eſum eſu. Vulgaria ſunt partici-
pia:edens:eſurus:& quæ ab edo deriuantur:comedo:ambedo:ueteres declinaue
runt:edo edis edit. Cato de oratore ad filium:Lepus multum ſomni fert:qui il-
lum edit.Et Virgilius:nec te tantus edat tacitam dolor. Paſſiuum edor.Imper-
fecto:edebar.perfecto:eſus ſum & fui.pluſquamperfecto:eſus eram & fueram.

Futuro edar. Imperatiuo:edere:edatur. Futuro editor. Optatiuo:ederer:
eſus ſim & fuerim:eſus eſſem & fuiſſem:edar.Subiunctiuo:cũ edar.Futuro cum
eſus ero & fuero. Infinitiuo:edi:eſum eſſe & fuiſſe:eſum iri. Participia : eſus:
unde comeſus & comedendus:nõ comeſtus & comeſturus:ut uulgus exiſtimat.
Futurum edendus. Supinum eſum. Pœnitet uerbum imperſonale:indicatiuo
modo dictum:coniugationis ſecundæ:numeri ſingularis:figuræ ſimplicis:tem-

poris inſtãtis quod declinabitur ſic.Pœnitet:me:te:illum:nos:uos:illos.imper-
fectum:pœnitebat.perfectum:pœnituit.pluſquamperfectum:pœnituerat.Futu
rũ pœnitebit. Imperatiuo:tempore tantum præſenti:pœniteat. Optatiuo:uti
nam pœniteret:tempore præſenti & imperfecto.Perfecto pœnituerit.pluſquã-
perfecto:pœnituiſſet.Futurum pœniteat. Subiunctiuo modo:cum pœniteat.
Futurũ cum pœnituerit. Infinitiuo numeris & perſonis:tempore præſenti:pœ
nitere. Præterito:pœnituiſſe. Ab hoc imperſonali uerbo uſurpatum eſt par
ticipium temporis inſtantis:pœnitens. Quidam autem dicunt:imperſonalia
neque actiua:neq; paſſiua:habere participium. Nam pudens:non eſt partici-
pium:ſed appellatio.unde impudens.aliud imperſonale. Venitur uerbum
imperſonale:indicatiuo modo dictum:coniugationis tertiæ productæ:numeri
ſingularis:figuræ ſimplicis:temporis inſtantis:quod declinabitur ſic. Venitur
a me:a te:ab illo:a nobis:a uobis:ab illis. Imperfecto:ueniebatur.perfecto:uen
tum eſt:& ulteriore:uentum fuit:pluſquamperfecto:uentum erat:& ulteriore:
uentum fuerat.Futuro:uenietur. Imperatiuo temporis tantum præſentis:uenia
tur. Optatiuo præſentis:& imperfecto utinam ueniretur. Perfecto uentum
ſit. Pluſquam perfecto:uentum eſſet & fuiſſet.Futuro ueniatur. Coniunctiuo
modo:cum ueniatur.Futuro cum uentum erit & fuerit. Infinitiuo : tempore
præſenti:ueniri.Perfecto:uentum eſſe & fuiſſe.Futuro uentum iri. Contingit
uerbum imperſonale:indicatiui modi:coniugationis tertiæ correptæ: numeri
ſingularis:Figuræ ſimplicis:temporis inſtantis:quod declinabitur ſic. Contin-
git mihi:tibi:ſibi:nobis:uobis:illis:contingebat:contigit:contigerat:continget.
Imperatiuo modo tempore præſenti:contingat. Optatiuo: tempore præſenti
& imperfecto:utinam contingeret.Perfecto contigerit. Pluſquamperfecto:con
tigiſſet.Futuro:contingat. Coniunctiuo modo:tempore præſenti:cum contin
gat.Futuro contigerit. Infinitiuo modo tempore præſenti: contingere. Perfe-
cto:contigiſſe.Coniugationum omnium uerba.o.littera terminata:tempore per
fecto in.i.litteram ultimam mittunt.Amo amaui.Doceo docui.Lego legi. Va-
riantur autem ſpecies. In prima coniugatione quater. In ſecunda : quinquies.
In tertia correpta:nouies.In tertia producta:quæ etiam a quibuſdam quarta di-
citur:quinquies.Coniugationis primæ:temporis perfecti:formæ ſunt quattuor
quæ mutationem capiunt in hunc modum. Prima eſt:cum maior pars ita ca-
det:in qua.a.ſemper ineſt.& in.a.abundat ſyllaba:ſicut ſuſpiro ſuſpiraui & por-
to portaui:& aro araui:ſimulo ſimulaui:propalo propalaui:profano profanaui:
ameno amenaui:uolo uolaui:ſedo ſedaui:cauo cauaui:inſimulo inſimulaui : ſter
coro ſtercoraui:ſincæro ſincæraui:manduco manducaui : proprie autem quod
græci dicunt ταυτοχαοσ κοσμοσ:hoc eſt identidem quod mando.Itaque pro.
bus negat recte dici:piſcem uel aliud tenerum manduco : ſed potius edo : Quid,
ſcilicet manducamus quod denti reluctatur.Nam cum dicam:edo:quid faciam:
oſtendo:cum uero manduco:non tantum quid faciam oſtendo : Sed & qualiter
faciam.Veteres tamen & in edendi ſignificatione manduco dixere.Vindico uin
dicaui:hoc uerbum non pro defendo ueteres dixerunt:ſed pro animaduerto : &
punio:ut Salluſtius:uindicatum fuit:in noxios.Decollo decollaui.hoc uerbum
apud ueteres:decipio:ſignificat:ut apud Plautum:una eſt quæ decollauit. Item
Lucilius.xii.quibus fructibus me decollaui.quæ ſignificatio apud Feneſtellam

aliter inuenitur:in libro epitomatum ſecundo:quemadmodum Cæſar a piratis
captus ſit:utq; eos poſtea ceperit & decolauerit.ueteres autem ſecuri cæſos dice
bant.Præfoco præfocaui. Probus quaſi nouam necem miratur angit enim ue-
teres dicebant:ut Virgilius. Et faucibus angit inhærens.Lucilius tamen ait: &
ſuffocare conatur.Inchoaui ab inchoo ſic dicendum putat.Iulius modeſtus:qa
ſit compoſitum a chao inicio rerum:quod Verrius & Flaccus in poſtrema ſylla
ba aſpirandum probauerunt.cohaum enim apud ueteres mundum ſignificat:in
de ſubtractum:inchoare. Tranquillus quoq; his aſſentiens:libello ſuo pleniſ
ſime ædem inchoatam ita diſſeruit.Similo non dicimus: ſed ſimilis eſt:Sane di-
xerunt ueteres ſimulat per.u.hoc etiam Cicero de repub. quaſi alius aſſimu-
lare tempu.& Virgilius: Formam aſſimulata camerti.Secunda forma eſt:quæ
licentiæ:antiquitatis:uel conſuetudinis:a:licentius uitat& in.i.litteram puram
deſinit:nulla duce conſonante: ut ſono:ſonui:crepo:crepui:plico: plicui:cubo:
cubui:domo:domui:frico:fricui: ueto: uetui:ſeco: ſecui.increpo increpui: to-
no:tonui:cubo:cubui:domo:domui:mico:micui:neco: necui. Veruntamen
& necaui legimus:ut nectus necatus.& in hoc differre uolunt:necui: quaſi ſuffo
caui:necaui:ferro occidi:unde necem cædem appellamus.Et adiectis præpoſi-
tionibus:intono intonui.explico explicui. Tertia forma quæ.a.littera eximi-
tur: & iteratio ſyllabæ fit:ut do dedi: ſto ſteti. & adiecta præpoſitione: exto
extiti:obſto obſtiti:præſto præſtiti. Apud antiquos hoc uerbum:pro melius
eſt:ponebatur.aut pro antecedit:aut præbeo ſignificat. Nam in ſignificatio-
ne præbeo potius dicebant:niſi quod Salluſtius ait libro tertio.Vtrum uicem
me præſtare creditis. Et Cato ad Magnium ait:interempto præſtari: Rur-
ſum Seneca de officiis.ſi ceruicem præſtitero ait:pro præbuero.Eſt autem ho-
die horum uerborum iſta diuiſio:ut ſit præbeo pacientis: præſto facientis: ac
perinde præbeo occaſionem:aut operam præſtiti fidem ac rem dicamus.Quar
ta quidem ſpecies in.ui.ſyllabam deſinit ſic tamen ut prior ſyllaba: quæ in præ-
ſenti correpta fuerat: perfecto tempore producatur:ut lauo lauas laui iuuo iu-
ui:ad adiecta præpoſitione:adiuuo adiuui. Secundæ coniugationis formæ:
ſunt quinq;. Prima eſt quæ in.i.litteram cadit nulla duce conſonante:ut ſplen-
deo ſplendui:niteo nitui:uigeo uigui:floreo florui:emineo eminui:teneo tenui:
egeo egui:rubeo rubui:ſorbeo ſorbui.Cicero in Tuſculanarum ſecundo:ſangui
nem omnem ſorbui. Item ſorpſi apud auctores alios legimus:& adiecta præpo
ſitione adhibeo adhibui:redhibeo:redhibui. Secunda forma eſt:quæ prima ſyl
laba correpta:perfecto producitur:ut ſedeo ſedi:faueo faui:uoueo uoui:caueo
caui:uideo uidi:neo neui:fleo fleui:cieo ciui:accieo acciui. Tertia forma eſt:
quæ deſinit in.i.litteram:præpoſitis conſonantibus uariis.ſed inceptiua lr̃a ſiue
ſyllaba geminata:mordeo momordi:ſpõdeo ſpopõdi:tõdeo totondi:pẽdeo pe-
pendi.Adiecta præpoſitiõe geminatio ceſſat ſyllabæ:ut deſpondi:detõdi reſpon
di.Quarta forma eſt quæ in.ſi.ſyllabam deſinit:ut algeo alſi:ardeo arſi:hæreo
hæſi:quaſi paſſiuũ quoq; id uerbũ admittat declinatiõem:inuenimus perfectum
tẽpus:hęſus:mulceo mulſi:in patiendo autem mulſus.& turgeo turſi:urgeo urſi.
Quinta forma eſt:quæ extrema ſyllaba in xi cadit:ut frigeo frixi:mulgeo mul-
xi:rugeo ruxi:luceo luxi:augeo auxi:alliceo allexi:ſed apud ueteres allicio legi-
mus:pelliceo pellexi:lugeo luxi.Duo ſane uerba uideo & prãdeo; quæ nullius

formæ regulã ſeruãt:aut recte excipient̃:aut ſextã ſibi formã uendicabunt:ut ui deo uidi:prãdeo prandi. Nam in ſecundo ordine non eſt reperire uerbum poſtrema parte geminari:ſed a prima tantum:quale mordeo momordi. quare errant qui dicunt prandidi. Coniugationis tertiæ correptæ: temporis præteriti perfecti:formæ ſunt nouem. Prima quidem eſt : quæ deſinit in.ui.ſyllabam. ſed tamen ſimilitudinem uerborum continet primæ coniugationis:ideſt.a.habet ante nouiſſimam ſyllabam:ut paſco paui:ſterno ſtraui. Secunda forma in.i.puram litteram deſinit : ut alo alui : arguo argui : exuo exui:fremo fremui: molo molui:uomo uomui:pecto pexui:pono poſui:gigno genui:meto meſſui: quod quidam exterminant:amicio amicui:ut Brutus in laudatione Apii Claudii:quæ te toga prætexta amicuit:ſed Varro ſceleris magiſter amiſit. Tertia forma eſt quæ in.i.quidem litteram:appoſitis uariis conſonantibus:ſed inceptiua littera ſiue ſyllaba geminata:quæ in hunc finiuntur modum:primam ſyllabam iterant:ut curro cucurri:diſco didici:cano cecini:tango tetigi:tendo tetendi:pendo pependi:pello pepuli:pungo pupugi:ſicut Cicero:intellexi quod cum pupugiſſem.ſed & punxi dicimus.fallo fefelli : cado cecidi:cædo cæcidi:parco peperci:ſed & parſi legimus:ſicut Terentius ego ne uitam parſi perdere. Plautus. Duorum labori ego hominum perciſſem libens.Sic enim melius ueteres perſi declinant. Nam parſimoniam non parcimoniam dicimus . Volunt autem quidam grammatici differre:ut parſi ſemel quid factum eſt:ſignificet : peperci autem & ſemel & ſæpius.Facit autem participium parſurus futuri:ut ait Varro. Omnia uerba quæ perfecto prima ſyllaba iterantur adiecta p̃poſitione plerunq; deſinent iterare:tendo tetendi:pello pepuli:pendo pependi curro cucurri:adiecta præpoſitione geminatio ceſſabit.intendi : contendi:expuli:impẽdi percurri. Apud auctores autem nonnunquam inuenimus iterari uerbum quod eſt excurro excurri.Duo uerba reperiuntur:quæ iterant etiam admiſſa præpoſitiõe proculdubio in eodem ſtatu ſunt:poſco popoſci:depoſco depopoſci:diſco didici:ediſco edidici:addiſco addidici. Verba tertii ordinis:quæ iterant tempore perfecto ex utraq; parte tam prima quã poſtrema ſyllaba geminantur. Prima ſic: parco peperci:curro cucurri:cado cecidi.Poſtrema ſic:credo credidi:prodo prodidi:condo condidi:abdo abdidi:indo indidi:trado tradidi:uendo uendidi.Participium autem futuri uenditurus. Paſſiuum autem eſt ueneo uenii.Eſt tamen apud ueteres ueneor:uenditus ſum:ut apud Plautum:Ego ne illi uenear:Titianus etiam de agricultura primo:Patrẽfamilias uendacem magis quam emacem expedit eſſe.Nam id melius emitur quã ueneatur.Cicero cauſarum decimotertio:Reuendita iterum empta.Vnde manifeſtum ſit uenita non dici:ſed aut ue nundata : aut uendita:ut Cicero: Poſſeſſiones redimi eas:poſtea pluris uenditas. Quarta forma eſt quæ deſinit in.ſi.ſyllabam:ut concutio concuſſi:alliſo alliſi:cudo cuſi:ſed potius cudi:ut eius compoſitum.Tum primum ſilicis ſcintillam excudit Achates:premo preſſi:trudo truſi:rodo roſſi:nubo nupſi uro uſſi: demo dempſi . ſed compoſitum : adimo ademi . Incerta autem eſt ratio demptæ uel appoſitæ præpoſitionis:ut cũ ſit adimo ademi:demo demi nõ faciat:ſed dempſi:repo repſi:Inde obrepo obrepſi dicimus:non obrepi.In quo imperiti fallun tur. Quinta forma eſt quæ deſinit in.xi.ſyllabã:ut ango anxi frigo frixi:lingo linxi:ungo unxi:mingo minxi:meio mei:& minxi.Sed meo meis mei dicitur

& minxi:rego rexi:ſugo ſuxi:uergo uerxi:pergo perrexi:illicio illexi:negligo neglexi. Sed æmilius macer:omnium ueſtrum neglexerit auctoritatem: quod analogiæ propius:quia & legerit dicimus. Necto nexui uel nexi. Virgilius: palmas amborum innexuit armis. Liuius in odyſſea:Nexabant multa intra ſe monetas nexiſti retia lecta. Lucilius ſatyrarum curarum retia nexit. Sexta forma eſt: quæ deſinit in.ui.ſyllabam:ut Cupio cupiui: Sapio ſapiui & ſapui: Peto petiui: Quæro quæſiui: Tero triui:& Futuri temporis participium triturus. Septima forma eſt:quæ deſinit in.i.quidem litteram: ita tamen ut inſtantis prima correpta perfecto tempore producatur:ut cerno creui:capio cepi:emo emi:fundo fudi:frango fregi:iaceo iacui & ieci:Sperno ſpreui:ſero ſeui:ſino ſiui:lino liui:relino reliui:ut Terentius reliui dolia omnia.in patiendo:litus facit:ut Virgilius lita corpora guttis. Octaua forma eſt:quæ deſinit in.i.quidem litteram: ita tamen ut a ſecunda perſona inſtantis temporis uenire uideatur:ut mando mandis mandi:uerto uertis uerti:Suſpendo ſuſpendis ſuſpendi:capeſſo capeſſis capeſſi: uiſo uiſis uiſi. Nona forma eſt:quæ deſinit in.di.ſyllabam:ita tamen ut iteratio mediæ ſyllabæ fiat:ut addo addidi:abdo abdidi:condo condidi:Indo indidi:ſcindo ſcidi. Hoc autem uerbum & ſi quod ex eo componi poteſt nulli formæ paret:niſi forte octauam formam circunferimus:id uerbum conſcindo conſcidi detracta uſu quondam.n.conſonante:Quare autem præteritum tempus aut ſyllabis creſcat aut minuatur.aut pars ſit:non eſt inuenta ratio.Cur autem a correptis producatur:ut traho traxi:aut productis corripiat̄:ut ſto ſteti:do dedi:aut utroque producatur:ut flo flaui:aut utroque corripiatur:ut iaceo iacui: ſimiliter non eſt inuenta ratio. Sed lectio auctorum obſeruantia ſua nos certiores de perfectis inſtituit.Coniugationis tertiæ productæ:quam quidem quartā nomināt formæ ſunt quinqꝫ. Prima eſt quæ deſinit in.ui.ut audio audiui & audii:ambio ambiui & ambii:garrio garriui:& garrii:geſtio geſtiui & geſtii:hinnio hinniui hinnii:grunnio grunniui:grunnii : hirrio hirriui:hirrii : præſagio præſagiui & præſagii. Participium futuri temporis præſagiturus. Secunda forma eſt: quæ deſinit in.i.litteram puram:ut uolo uolui:malo malui:operio operui : operii. Tertia forma eſt:quæ deſinit in.ui.quidem ſyllabam ad ſimilitudinem primæ formæ:ita tamen ut illa tantummodo uerba contineat quæ in prima perſona tempore præſenti.e.ante.o.habent litteram: & cum ſint tertiæ coniugationis:ſecundæ formulam ſeruant in prima duntaxat: ut queo quis quiui : neo neui:eo iui:& ſi qua eorum præpoſitionibus: copulantur:ut tranſeo tranſiui : adeo adiui:ſubeo ſubiui:prodeo prodiui:exeo exiui.Horum tantummodo uerborum futurum tempus in.bo.ſyllabam cadit:& ex his etiam plurima tēpore perfecto ueterum uſurpatione.u.penultimā detrahunt:ut tranſii: adii & cætera. Quarta forma eſt:quæ deſinit in.ſi.ſyllabam:ut farcio farſi:ſartio ſarſi:ſepio ſepſi:fulcio fulſi. Quinta forma eſt:quæ deſinit in.xi.ſyllabam:ut ſancio ſanxi:uincio uinxi.Fere apud ueteres uerba tertiæ coniugationis ꝓductæ:perfecto indicatiuo duplici.ii.finiebantur:ut adii.Sed nouitas:breuitatis cauſa cuncta ꝑmiſcuit. quippe ſancio ſancii faciebat:ut Pōponius ad Traſeā ſancierat inquit.& Caſſius ſeuerus:lege ſancitū eſt inqt.Item Lucretius ſancitū quādo quidem extat. Nos autē ſanxi dicimus. Hæc de quattuor coniugationibus:quæ ꝑtinent ad uerba: quæ analogiæ parēt:quaꝝ exēpla paſſim per ſcripta ſunt nota:quæ ſi quis cōce-

perit animo: non facile labetur: ſunt enim euidenter expoſita. Sunt quædam perfecta a diuerſis inſtantibus deriuata. ut acuo acui. aceo acui: frigo frixi: lugeo luxi: fulgeo fulxi: luceo luxi cerno creui: creſco creui: paſco paui: paueo paui: ſiſto ſteti: ſto ſteti: conſiſto conſtiti: fero tuli: tollo tuli & tetuli. Terentius huc tetuliſſem pedé: tollo tuli: qđ eſt in cõſuetudine: ſuſtuli facit. Eius rñ pfecti inſtans apud ueteres ſuſtollo: pendo pendis: pendeo pendes pependi. cõperio compereo: comperii. Sed accentu diſcernitur ſenſus: accentu enim acuto proferimus: quotiens pro eo accipitur quod eſt reſciui. Comperio enim facit comperi: quod circumflexo accentu declinatur. quotiẽs pro eo accipitur: quod eſt cum alio perii: compererieram facit. Sunt quædam uerba: quæ habent perfecta duplicia: ut pango: pepigi & panxi: pungo pupugi & punxi: uello uelli & uulſi: ſed melius uelli: ut Virgilius: cineres manes ue reuelli. Idem ima de ſtirpe reuelli. Item laberius: aliqua parte præuulſerat. teneo tenui: apud ueteres teniui: tundo tutudi & tunſi: explico explicui & explicaui: ut Virgilius explicuit legi. ſed explicaui legimus apud Ciceroné. Sunt quædam uerba: quæ ex una poſitione diuerſos ſortiunť declinationum ordiues & ſenſus: quaſi mando mandas cũ aliquid monemus: mãdo mandis: cũ dentibus quid conſumiť. Quidam in conſuetudine manduco dicunt. Volo uolas quotiens alitum iter demonſtramus. uolo uis quotiens uelle quid ſignificamus. fundo fundis fundere: fundo fundas fundare: cõpello cõpellis cõpellere compellas cõpellare: dico dicis dicere: dico dicas dicare: prædico prædicis prædicere. prædico prædicas pdicare: pinſo pinſas eſt apud Perſium ambiguũ. O lane a tergo qué nulla ciconia pinſit: an pinſat legendũ ſit. Sed apud ueteres reperimus. n. lrãm additam & pinſit ſecũdum tertium ordinem: ut Ennius. x. annaliũ: pinſunt cæram genibus. huius pfectũ pinſui: ut apud Pomponiũ: cum neq; molis molui: neq; palmis pinſui. Item pinſendus participiũ erit pinſurus & pinſus. pendo pendis: quaſi ſoluo pœnã: ex quo compoſitũ ſit ſub eodem ſenſu expendo expendis: & dependo dependis huic additur. e. littera: ut ſit ſecundi ordinis ſub alio ſenſu: quaſi pendeo. i. in ſublimi ſum: cui addita præpoſitio potius ordiné ac ſenſum mutat: quaſi ſuſpendo ſuſpendis: quod eſt actiuũ eius. pédeo & enim ego eſt abſolutũ: ſuſpendo alium: actiuũ. pendeo per me: ſuſpendor ab alio. adoleſco adoleui facit. nam Virgilius ſic declinat: mox cũ matura adoleuerit ætas: tamen aduleui uult quidam in ſacrificio dici: & uenire ab eo quod eſt adoleo: ſed in ſacrificio Actius Caſſius ad Tiberiũ ſecũdo: adoleuit dixit maximũ ſacrificium integrum anſerem adoleuerit: & in paſſiua ſignificatione abolitus. Occino: occini. eſt enim a cano cecini: & in cõpoſitione mittit unam ſyllabam. Sed Salluſtius in primo hiſtoriarũ dixit: ſenſim metello cornicines occinuere. Aio uerbum inuſitatã habet declinationem: de cuius imperatiuo nonnulli ambigebant: utrũ dictũ ai: ut Næuius an eſt nata prægnans: uel ai: uel nega. Imperfectũ quoq; aiebam: aiebas: aiebat: aiebamus aiebatis aiebãt. Salio pfectũ ſuauius enũciari uideť ſalii: q̃ ſaliui: ſed pleriq; ueteꝝ ſalui dixerũt: ut Virgilius: ſaluere p utres. Item Liuius ab urbe condita libro primo: nouos tamen ſaluiſſe muros. non minus. & Cicero pro Milone: deiecta penula tranſiluit. Virgilius deſiluit Turnus biiugis Sino ſini: ut Publius de uita ſua. qđ ſi me inuitũ abire ſiniſſet. Item Scaurus prædium non ſini fieri. melius tamen diciť ſiui ſicut Varro complexionũ ſexto: ad mortem non ſiui me producens. Item Terentius in adelphis; quia non ſiuit egeſtas. Excello cre-

bro legimus apud ueteres:& Cicero de re publica:excellunt inquit. Idē de oratore antecellunt:& de diuinatiōe.Præterea ſimiliter coartatiōe circū conciliabula antecellant.Vetus tamē Macer æmilius orithogenias ſecūdo cū laude excellet oēs.Dicam nunc de his quæ.r.litterā finiunt. Nitor niteris perfecto niſus ſum.ſed ueteres īmutantes nixus declināt:ut Virgilius. Cōnixus ab aggere dextra.Item magnis adnixus uiribus haſtam.adnixus latis humeris:& adnixus acuto detrudunt naues ſcopulo.melius enim dicimus niſus a nitendo:& niſa.enixa enim appellatio eſt & ad partum refertur cū dicimus geminos enixa eſt.ut apud Virgiliū.trigita capitū fœtus enixa:ut ſit eniſa uiribus cōata:enixa partū.Alor aleris:altus ſum:Salluſtius arpini altus.melius eſt enī dicere uitādæ ambiguitatis gr̄a alitus.Nā & alimenta dicuntur.Salior frequens uidetur & tritum:ut per dictū rettullimus apud ſit dictū affirmabimus. Actius quītus poſuit ꝓ qui hoc modo perfecto tēpore ſalſus ſalſa ſalſum dicamus:ſed ueteres ambiguitatem appellationis uitantes & analogiā ſalitus ſum dixerunt a poſitione ſalo nō ſalio: ut Varro ad Ciceronē quinto:ut ſeruarent ſallere.Itē antiquitatū humauarum.xv: mortuos ſalant. Seuerus diſtractos atq; ſalitos:& Fauianus cauſaꝝ tertio:cū caro ſallet diuturnior.Salluſtius hiſtoriarum quarto reliqua cadauera ſalita.Sallere ergo ſalita:& proculdubio ſalio ſali debet.cuius frequēs.n.perfectum uidetur ſalitus ſum potius q̄ ſalſus:Abſcondor abſconſus:& abſconditus melius:quia ſimplex cōdor cōditus:deleor delitus & deletus:Cice.ad filium cęteris deletus. Varro pecorina delitiæ litteræ.Caluus ad uxorē.pria epiſtola in uia delita.Oſtēdor oſtētus quoniā ſit tendor tentus:nā oſtētatus eſt frequēs.quoniam & tēporibus perfecti paſſiui futura participia actiua deriuantur uelut amatus ſum amaturus .P.Ruttilius de uita ſua uni una oſtentata eſt.Itē.P.Lucius Cellius ad populum. ex hoc deriuauit participium:ex hoc me ſpero oſtenturū non oſtenſuꝝ.ſed melius oſtenturus dicimus.Et Liuius.Item pro figulo oſtenta promiſſione. Varro rerum ruſticarum primo lacus optimus hamo oſtentus.& quia cacēphaton uidetur deorum uehiculum tenſum dixerunt non tentum ne uerbū turpe ſonaret ī ſacris.Expergiſcor experrectus:& expergor expergitus:expergeſio expergefactus.ſed is.expergitus dicitur quia excitatus ſommo ſponte uigilat:unde & Lucillius ait ergo e ſomno pueros cum mane expergitus clamo: experrectus autē a quiete īpeditus:unde Salluſtius experrectus ſomno arreptis armis tumultū ſacere expergefactus porro eſt qui per alium ſomno excitatus:fatigor: fatigatus ſum facit non feſſus & longe falluntur qui opinātur ex eo fatiga feſſus deriuari. Nam feſſus appellatio. Differt autē fatigatus a feſſo ut Varrius ait ꝙ fatigatus cum quis per alium laborare compellitur ut laſſatus:feſſus uero cum quis labore deficit:ut laſſus.Inſeror inſertus & inſitus facit.Et tradunt quidā inſitus arborum & pomi eē.Inſertus hominis uel alicuius rei.Fallor falſus ſum:ut Virgilius falſi impleuit genitoris amorem ſignificat.n.q.fallebatur.Educor eductus facit: ſed frequentius. Cicero educatus & educata dixit Virgilius. Eductum egeriæ lucis. Ordior orſus ſum facit:& tam incipientem ſignificat.ut Virgilius ſic orſus ab alto: quam deſinentem: ut idem.ſic orſus Apollo mortalis uiſus medio ſermone reliquit. Figor ambigue declinatur apud ueteres tempore perfecto. Reperimus enim fictus & fixus. Scaurus de uita ſua ſagitta inquit confictus.Varro ad Ciceronem fixum ait:& Cicero Academiaꝝ ſecundo:opera aſſi-

xa:& Virg.Si mihi non animo fixum. Comperior & comperio differunt.Nam
comperior e mea opinione colligo.& compertũ habeo pro explorato:qđ uerbũ
deficit in futuꝝ & imperatiuũ.Comperio eſt ab alio cognoſco.Mediro & medi-
tor:ut purat Pli.meditare eſſe ſecum cogitare.meditari uoce dicere. Sunt quæ-
dam.r.littera terminata & diuerſa poſitione deriuata:quæ eadem ſortiunť perfe
cta:ut pandor panderis exigebat analogia:ut panſus diceremus:ſed paſſus dici-
mus:ut Virg.Crinibus iliades paſſis.Item patior pateris:paſſus ſum:uertor uer-
teris.uerſus ſum:ut Virg.Verſaq; iuuẽcũ terga fatigamus & haſta.irẽ uertor uer
teris:uerſus ſum.Virg.Et uerſa puluis inſcribit haſta.Melius eſt.n.tracta intelli-
gere:q̃ inuerſa:Luxurior in crimine eſt:ut Cor.ſæuerus ait: Luxuriant opes:atq;
odia lõga grauanť:Luxurio aũt in laude:ut Virg.Luxuriatq; roris aĩoſum pect⁹:
Significat.n.nõ laſciuiã mentis:ſed habitudinẽ corporis. Sũt alia ꝓterea uerba
quæ adempta una lr̃a uel addita diuerſos ſortiunť ordines q̃ſi metor metaris dici
mus cũ ad locũ referť:cũ dicimus caſtra ꝓpe tyberim metatus ſum metatus eſt.
Metor meteris ad fructũ ex quo pfectũ fit meſſus:nõ metitus ſum meſſurã.n.di-
cimus nõ metionẽ:& futuro actiuo meſſur⁹: paſſiuo merẽdus.Miſeror miſeraris
primi ordinis accedit lr̃a:& fit ſecũdi q̃ſi miſeror miſereris.Noſtrũ non eſt refer-
re ueteꝝ exempla ur̃m ut cuiq; lipido eſt auctoritate eoꝝ:uelut analogia uri.Oẽ
uerbũ quãcũq; præpoſitionẽ recipit ordinis declinationẽ facit ueluti ſcãdo ſcan
dis:aſcẽdo aſcẽdis:mordeo mordes:remordeo remordes.Præter iſta ſapio ſapere
adiecta præpoſitione reſipio reſipire:& fit ꝓducti ordinis:ſed deſipio deſipere fa
cit non deſipire:cio ciere:accio acciere:cõcio concire:excire:do dare:addo adde
re:& alia nõnunq̃ inueniunť:figura.n.quaſdã cõiugationes imutat.Nã ſedeo cũ
ſit ſecundæ cõiugationis accepta ꝓpoſitiõe mutať in tertiã & facit cõſido:aſſido:
ſubſido:quippe cũ Virg.dicat:Cõſidere in ignes.& Teren.aſſido accurrũt ſerui
Nec ſolũ cõiugationes ueꝝ ẽt ipãm poſitionẽ uerboꝝ cõpoſitio mutat ut calco
facit inculco.nõ incalco uel cõculco ſcalpo inſculpo.quare gẽma ſcalpta dicen-
dum eſt nõ ſculpta.adiecta.n.ꝓpoſitiõe facit ſculpta.facio cõficio:iſicio ſalio:de-
ſilio:farcio:refercio:ſapio deſipio:frãgo infringo: cõfringo:capio:concipio:de-
cipio.ſpargo:cõſpargo:& diſpgo:iacio cõiicio diicio:carpo:decerpo:gradior:i-
gredior. Sunt quædã uerba quæ παραγωγα appellanť q̃ & primitiui uerbi
declinationẽ & mutationẽ & adiectionẽ litteraꝝ capiũt:& nihilominus idem ſi-
gnificant.interdũ uarianť:uelut laceſſo ex eo qđ eſt lacero:ſed hic uariat Laceſſe
re.n.cõcitare ẽ:faceſſo æque fit faceſſere diſcedere intelligiť ut ẽ apud Terẽ.hic
nũc faceſſit.Item acceſſo & per.r.ſcribiť arceſſo:ſed intereſt:qa acceſſere euoca-
re eſt arceſſere uero aliquẽ accuſare ſignificat:& ab arceo naſciť.Et.n.aliũ accuſa
re a maleficiis arcere eſt. Sunt quædã uerba quę cũ cęterã declinationẽ habeãt
plenã tpe pfecto deficiũt & ſunt fere hæc uerro.meto furio.hoꝝ uerboꝝ non fa-
cile reperimus tẽpus pfectũ:& tñ qđ eſt uerro in paſſiua declinatiõe uerſus hẽt:
ut apud Sene.in dialogo de ſupſtitione:uerſa tẽpla:& Plau.uerſa ſparſa.Sũt q̃dã
uerba q̃ primã pſonã ueluti ouas ouat.raro reperimus ouo dictũ. Itẽ furis furit
raro furio inueniť:faris fatur raro for inueniť.Veꝝ in cõpoſitione ut apud Caiũ
reperimus effor dictũ.roras rorat uix roro daris datur raro dor reperimus. Item
inquis inquit dicimus huius uerbi declinatio q̃uis ſit tota plena prima pſona lon
ge diſſimilis eſt cæteris uerbis:nec congruens primæ pſonę eſt cũ inquã inqs in-

quit quarti ordinis uerbū.Item forē fores foret pro eo quod eſt eſſem eſſes eſſet
duntaxat dicimus cætera declinatione deficit:quæri aūt ſolet utrū ſit poſitio hu
ius uerbi ſum:& hæc duo infinita hēat eſſe & fuiſſe:an tertiū etiā aſſumat fore qđ
uerbū eſt apud antiquos q dicebāt fuo fuas fuat:uñ Teren.ait fors fuat:& Virg.
tros rutuluſue fuat:infinitiuū eius fore. Sūt quædam uerba quæ nequaq̄ ex ſe
deriuata habēt præterita:utimur tñ ꝑximis uelut ferio:ꝑfecto ferii non dicimus.
ſed percuſſi.Item ſiſto ſteti uel ſtaui.qm̄ duplici ſenſu fungit᷑.Itē furis furit:furii
furiſti nemo dicit:ſed iſaniſti.tollo ſubſtuli:q̄q̄ nōnulli ex hoc tēptauerūt ꝑfectū
facere tuli:quale eſt ex eo quod eſt fero tuli:qm̄ ſubſtuli ab eo uŕ proficiſci quod
apud ueteres reperit᷑ ſubſtollo.Item affero attuli:quoniam & fero tuli dicimus:
quāquam & id ꝑfectū quod eſt attuli ex alio uerbo proficiſci reperimus apud ue
teres ex eo qđ eſt attollo:ut Nęuius in tabellaria.dotem ad nos nullam attollat.
Plautus compoſitum efficit in rudente ullas abſtollas ut ſit inſtans abſtollo.Sūt
itē alia r littera terminata:quæ tēpus nō hñt qm̄ ſua perfecta nō habēt:uſurpant
tñ eiuſdem ſignificationis uerboꝝ perfecta uelut ueſcor paſtus ſum facit.ex eo ta
men uenit qđ eſt paſcor:ueſcitus ſum nemo dicit.Item arguor conuictus ſum fa-
cit ex eo quod eſt conuincor.Habet aūt etiā apud antiquos argutus ſum:angor
anxius ſum.anxius autem nomen eſt quod ſigni.ſolicitus reminiſcor recordatus
ſum.medicor medicatus ſum operior opertus ſum:Sunt alia uerba quæ cum ſoli
tā habeāt cæterā declinationē nihilominus participiis deficiūt:quale eſt timeo:
ex hoc uix futuꝝ participiū declinat᷑.Timiturus.n.non facile reperimus dictū.
Itē fio futuꝝ participiū non hēt.Futurus.n.ex eo ꝙ eſt ſum deriuat᷑.Raro etiā in
ſtans reperimus ut fiens dicamus & fientes.Itē tollo tolliturus nemo facile dixe
rit eruditorum.Item ſoleo ſoliturus nemo dixit.uix tempus inſtans aſſolens aſſo
lentes.Hactenus de his quæ participiis deficiunt.Etiam ipſa uerborū coniuga-
tio prima ſit an tertia.Item ſecunda ſit an tertia nouitas a uetuſtate diſſentit.Nam
lauo lauas nos dicimus:illi lauo lauis: Vt Plautus in pſeudulo.tabellas eas la-
chrymis lauis.Et Virg.Luminis effoſſi fluidum lauit inde cruorē.Sed qdam p.i.
lauit pro humectat & coinquinat intelligi uolunt:ſed fruſtra:id.n.ſigni:ꝙ lauas.
Solent in uerbis etiam peritiores errare incerti utꝝ cū r an ſine debeant proferri.
Quirito Li.Varro & Feneſtella quiritaui.Eſt aūt quiritare quirites ciere:aſſen-
tio Virg.Aſſenſere oēs.Cice.ad frēm inquit:aſſentio Lētulo:ſed & aſſenſior Sal-
luſt.ait in Catilina.Alius alii uarie aſſentiebant᷑:lachrymo lachrymaui:nec quiſ
quā eſſe lachrymor credat:quis Oui.dixerit:lachrymatas cortice mirras:mūero
muneror.ſed Hora.muneretur te priape affecto:ſed Varro affectatus eſt regnū
bello:ſed Virg.bellant᷑ Amazones armis.Sed ne proferendo ſinguloꝝ exempla
longum faciam ſatis ſtudioſe dixi quid quomodo dici debeat:& ubi poſſit inne-
niri cōtrariū.Sunt prætert . uerba quædā quoꝝ poſitionē diuerſam q̄ uulgo eſt
apud ueteres reperimus.Cui.n.dubium cadit qn abnuo abnuis dicamus:uerum
apud ueteres abnueo dictū notauimus:ut Ennius octauo annalium. Certate ab
nueo:metuo legionibus labē.Idem in telamone:Ex eo futuꝝ abnueant.Itē attin
go attingis omni eruditoꝝ conſenſu dicimus.Veꝝ reperimus apud nōnullos au
ctores:quibus eloquentiæ & elegantiæ tributa eſt opinio ſine n littera dictū qua
ſi attigo attigis:ut Pacuuius in medio.Et cuſtodite hunc uos:ne quis eum attu-
lat:ne ue attigat. Item Plautus in Muſtellaria pluraliter:abſedite tellis ne attin-

gano Item hortatur quod uulgo dicimus:ueteres nõnulli horitor.Idẽ in.x.hori-
tor induperator quaſi ſpecie iteratiua.Plaudo freq̃ues eſt apud ueteres plodo ea
conſuetudine qua.au.ſyllaba cũ.o.commertiũ habet:ut cũ dicimus clauſtra:&
cloſtra:cauda & coda & ſimilia.Pario cũ ex hoc dicam⁹ infinitũ parere:apud ue-
teres parire dictũ reperimus:ut apud Enniũ:Oua parire ſolet:genus pẽnis con-
decoratum.Item rident ꝓculdubio cũcti dictitant apud ueteres ridũt repimus di
ctum.Brutus de pacientia irridũt hoꝝ lachrymas.Item quod nos ſuſpicaꝛ uete-
res hoſpicaꝛ dixerũt.Claudius octauo hiſtoriaꝝ hoſpicaꝛ ait.Item quod uulgo
obſopio dicimus ueteres obſopo dixerũt.Cæcilius mulierculã ego illã huic de-
ſpondebo ex nato ſaltẽ obſopã:Oleo oles apud ueteres olũt:Plautus in cornicu-
la:olũt ædes arabicas:pinde quaſi olo olis ſit dicendũ:Item noſco noſcis:& huic
uerbo paſſiuo ueteres.g.lr̃am p̃ponebant gnoſcit ait Cæcilius:qm̃ & p̃poſitione
addita agnoſco:& cognoſco dicimus:Itẽ eodẽ modo nõnulli gnoſcit noui & gno
ui ueteres formabãt.Grũnit porcus dicimus:ueteres grũniꝛ dicebãt:ut ſit inſtãs
grũdio.Cæcil.cruento ita ore grũdibat miſer.Claudi.annaliũ.xv.Grũdibat gra-
uiter pecus ſuillũ:Hinc quoq; grũdiles lares dictos accepimus:quos Romulus
conſtituiſſe diciꝛ:in honorem ſcrofæ quæ.xxx.peperat porcos:hoc ita eſſe hoc
modo affirmat Caſſius in ſecũda hiſtori.Paſtoꝝ uulgus ſine cõtentione cõſentiẽ
do præfecerãt æqualr̃ impio Remũ & Romulũ ita ut de regno pares inter ſe eſ-
ſent:Monſtrũ fit:ſus parit porcos.xxx.cui rei fecerũt laribus grũdiles.Item uul-
go dicimus amplector:ueteres mutauerũt amplecto crebro dictitantes:ut Li.in
odyſſea utrũ genua amplectens dixit & alibi amplexens ꝓ amplexans.Eſt enim
eius quod eſt amplector amplexor amplexeris iteratiuũ.Ex hoc ergo amplexẽs
nõ amplexans fit participiũ.Hactenus de his:quæ memoria ſuppeditare potuit:
nunc referemus de corruptis. Analogia apud nos eſt ꝓportio omiſſis græcoꝝ
ambagibus:ſimplici mõ tã in uerbis q̃ in noĩbus obſeruata.In uerbis.Ea uidenꝛ
uerba analogiæ rñdere:quæ poſitionẽ primã hñt in actiua declinatione in o eſſe
ranꝛ:in paſſiua r addita:quæ in exemplis coniugationũ ꝗdem cõpetenter demõ
ſtrauimus.Si qua ſunt uerba quæ ab iſtis diſcrepant corrupta dicimus qm̃ dum
ꝓprio more declinanꝛ cæteroꝝ corrumpũt analogiã.Neq;.n.eſt qui quaſi accu
ſo & moueo ita ſum ordini aptare poſſit.Neq; uolo ꝗdem ipſum corruptum eſt:
ideoq; ſecernunꝛ & priuatim declinanꝛ·Sũt aũt admodũ pauca.Sum & quæ ex
eo cõpoſita ſunt adſum:deſum:abſum:poſſum:præſum:inſum.& ſimilia.Item uo
lo & ex eo cõpoſita ſunt:nolo:malo:& ſimilia. Item fero & quę ex eo compoſita
ſunt:defero:infero:aufero:& ſimilia. Itẽ edo & ea quæ ex eo compoſita ſunt:co
medo ambedo,& ſimilia.Item odi:noui:memini:hæc ſunt quaſi corrupta uerba:
quæ ſingula opereprecium eſſe opinor ꝑcenſere ſum uerbũ in primis corruptũ:
eſt non tamen ꝑꝑ cæteroꝝ declinationem:ſed ipſa poſitione:qm̃ nullũ in toto ſer
mone tale eſt niſi quæ ex eo cõpoſita ſunt.Id uerbum & ꝑfectũ eius ſolet adiungi
participio paſſiuo:& finitiuũ ꝑfectũ ſignificat:quaſi amatus ſum:amatus fui & ſi
milia. Id uerbũ deficit participio inſtantis tp̃is:ex hoc uerbo cõpoſitũ & ꝓſum:
ſed adiecit.d.lr̃am:quaſi ꝓſum ꝓdes ꝓdeſt:cætera ſimiliter declinanꝛ. Ideo autẽ
nec id tẽpus ꝑticipium admittit inſtantis tp̃is.Itẽ poſſum quod ex eo compoſitũ
eſt.t.lr̃am admittit quaſi poſſum potes poteſt. Cætera ſimiliter declinanꝛ niſi q;
futuꝝ infinitiuũ aut ꝑticipium admittit cum principium eius habeat:ex eo enim

quod eſt ſum futurũ facit:ex eo quod eſt pſum pfuturus:nihil tale admittit hoc
præſens tempus ens pticipium.Potens appellatio nõ pticipium.Eſt enim quod
græci dicunt Δυνατοσ.Cæteraq; ex eo quod eſt ſum cõpoſita ſimiliter.Poſſum:
tñ nonnulli ueteres & paſſiua declinatione figurarunt poteſtor:& poſſuntor & q
tur & quitus ſum apud nõnullos ueteres repimus:quod eſt triſinonimũ:& hanc
adnotant nonnulli ueteꝶ differẽtiam:ut actiua declinatione ad pſonam feraẽ:q̄ſi
poſſum ego:potes tu:poteſt ille facere:ut quaſi tam pſona facilis q̃ eſt ut fieri poſ
ſit ſubtilis annotatio:ſed paꝶ uſitata.Sed qm̃ eſſe dictũ retulimus apud ſit dictũ
affirmabimus.Actius qtus poſuit: p qui hoc modo.Nam neq; precio.neq; amici
tia:neq; ui impelli neq; prece qtus ſum.Idem alibi eodẽ modo unde oĩa pdiſci ac
pcipi queunẽ:Cæcilius præterea ſi non ſatcire qtur. Item poteſtur apud Enniũ
repimus.nec retrahi poteſtur impiis Scaurus de uita ſua tertio.Poteraẽ etiam ſi-
cut poſſitur dictitat:Ex eodem etiam potis ſit dicebãr. Itẽ potis eſt pro poteſt:
ut apud Ennium:Qui potis ingẽtes cauſas euoluere belli.& Virg.At non Euá-
drum potis eſt uis ulla tenere:nec non pote p potes crebro dicere repimus: pxio
ut exẽplo utar:Perſius ait qui pote uis dicam nugaris:cuius futuꝶ porero & po-
tuero:ſed potero magis:potuero ſubiũctiuum quaſi nõ potuero.eſt & uolo cor-
ruptũ poſitionẽ qdem habet talẽ uelut cætera quæ analogiæ patẽt:qm̃ in o ter-
minaẽ:ſed in cæteris confundit declinationẽ:nullo.n.exemplo analogiæ declina
tur.Volo uis uult:id uerbũ deficit fututo infinitiuo:& pticipio futuro qđ ſemp
ex infinitiuo futuro detiuaẽ.Ex hoc uerbo cõpoſita ſunt malo nolo.Sunt qui ge
minant l lrãm & enunciant mallo nollo:ſed qm̃ principale eoꝶ unũ habet l uolo
& in prima cõpoſitione decidit ſyllaba:ſequẽs nõ imutaẽ quaſi malo nolo. Cæ-
tera ſimiliter declinatione principali declinanẽ. Apud ueteres repimus id:qđ
non uultis noltis:ut eſt apud Lucil.uultis empta eſt:noltis nõ empta eſt.Ex hoc
uulgo faciũt imperatiuum noli:Melius eſt dicere nolis nolit:quod ex principali
eius uelis uelit dicimus Horatius:Modo uelis quia tua uirtus expugnabilis eſt.
Fero corruptũ:& id uerbum poſitionẽ qdem habet cõpetentem analogiæ qm̃ in
o efferẽ:ſed corruptum eſt quoniam nullo mõ coniugationũ declinaẽ.Fero fers
fert:& eſt paſſiuum ferot ferris:& compoſita ſilr p oĩa declinanẽ defero:confero:
ſed paſſiua declinatio non incõpetẽter analogiæ declinaẽ.Edo corruptũ eſt: qm̃
edo es eſt declinaẽ:ut eſt apud Virg.Eſt mollis flãma medullas.Huius iſinitiuũ
inſtans & pfectum ſimilr declinanẽ quaſi eſſe:& compoſita ſimiliter & comedo
ambedo.In paſſiuo aũtẽ declinaẽ edor ederis eſtur participiũ eſus.Itẽ ambedor
& comedor:quæ declinatio nõ minus & ipſa ſm analogiam declinaẽ:de cuius p-
fecto ambigiẽ apud ueteres comeſus:an comeſtus & comeſturus. Sed didimus
ait de Salluſtio:comeſta patrimonia.Valgius autem comeſa patina.Similiter &
Varro:& ita melius adeſa & ambeſa.Virg.ambeſas malis abſumere menſas.Odi
eſt etiam corruptũ.Accipiẽ.n. p inſtanti & pfecto.Nõnulli diſtinguẽdi tpis gra-
tia pfecto declinant. Exoſus & poſus:ſimiliter & pluſquampfectum ſimiliter.n.
ex eodem hoꝶ tempoꝶ eſt declinatio.Impatiuum non habet quaſi futuri:nec fu
tuꝶ infinitiuũ nec pticipiũ.Idẽ uerbũ in ſignificatiõe paſſiua alr formari nõ põt
niſi dicas odio ſum illi:& declinaẽ.Simile eſt huic memini & huic uerbo putant
inſtãs & pfectũ eſſe memor ſum.Id uerbũ idem iſinitiuũ iſtans & pfectum quaſi
meminiſſe.Futuꝶ infinitum nõnulli declinãt quaſi memorem futuꝶ:alii tentant

ex ſupiori uerbo declinari quaſi futurum peroſum ſic certe:nec memini pticipia admittit inſtantis.Eſt tertium his ſimile:ut qdam putant nec uero defuerunt qui hoc uerbũ præſentis tpis eſſe dicerent:noui nouiſti nouit:& id ſimile eſt inſtanti & pfecto:ut memini.Nonnulli & in hoc faciunt diſcrimen:ut ſit pfectum notum habui:nec refert ſi hæc diuerſa poſitione diuerſum declinatiõis modũ tpe admittunt pfecto.Sunt.n.corrupta impatiuũ quaſi futuꝝ non habet.Infinitiuũ iſtans a pfecto nonnulli ita diſtinguunt ut ſit noſcere iſtantis nouiſſe pfecti.Alii ſilr declinãt utrũq; tẽpus noſſe ut meminiſſe.Apud ueteres pluralis huius uerbi iſtans colligit̃ ꝑ eo quod eſt nouimus dicunt.Ita Ennius in luſtris nos qeſcere æquum eſt nouimus ambo Vlyxem.Apud ueteres alio mõ ex hoc uerbo formatã declinationẽ repimus:quaſi noſco ut ſit inſtans:quibus annuere libuit cũ exemplo cognoſcerem quale eſt apud Virg.Noſco crines icanaq; menta.ex quo fit cõpoſitũ cognoſco cognoui agnoſco agnoui:ex quo nonnulli ueteꝝ declinauerũt agnotũ & agnotuꝝ dixerũt. Hactenus de corruptis quoꝝ declinationes in ſupioribus habemus. Qualitates ſermonis certiſſimas qbus tpa copulata ſermone connectunt̃:ita accepimus finitiuam:optatiuã:ſubiũctiuam quas notas tibi certe ſcio id æq; ſcies qcqd ſignificent ſimul quod non alienũ ſit:& quod ſcribere tibi parauimus.Tempora quoq; principalia:& quæ ex his deriuant̃ ita eſſe inſtans quod & præſens:præteritũ imperfectũ:pfectũ:pluſquampfectũ:& futuꝝ:de qbus diſſerere non longe alienũ præſenti tuo deſiderio eſt:quibus tẽporibus breuiter dicam uniuerſa nobis adminiſtrant̃ gña.Omnino igit̃ iſta tpa quoniã modo finitiua:nõnunq̃ optatiua:ſępenumero ſubiũctiua ſũt ſic nobis ſubiũgunt̃.Sermo dũ finitiuus eſt abſolute efferimus:& dũ optatiuus:aut dum repleat̃ ſenſus neceſſario ſubiũgimus:unde ſubiũctiua quoq; appellata eſt uerbi qualitas. Iunguntur igit̃ inter ſe tpa hoc modo.Iũgit̃ inſtans finitiui modi inſtanti finitiuo:ut Cicero: De te aũt Catilina cum qeſcũt ꝑbant:cũ patiunt̃ decernũt:cum tacent clamant. Item Teren.cũ placo aduerſor ſedulo & detereo uix:tñ humanæ patitur. Item impatiuo mõ ueluti id quod res eſt dico:tu coniicito cætera.Ego ſcribo tu lege: ego lego tu audi.Item infinitiuo inſtanti ueluti meditor eſſe affabilis:& bene ꝓcedit. Item credo ita uideri tibi:& credo uos iudices morari:uolo uidere:uolo diſcere. Infinitiuo futuro ueluti puto ita euenturum:& nempe opinor dictuꝝ patrem. Infinitiuo item præterito ueluti eueniſſe ex ſententia lætor: Et uideor mihi ieciſſe fundamenta defenſionis meæ.Iungitur finitiui modi tempus imperfectum modi ſubiũctiui tempori imperfecto:ut mirabar hoc ſi ſic abiret & heri lenitas uerebar quorſum euaderet. Et hic ſolebamus fere plerunq; eam operiri dum ſde iret domum. Iũgitur pfectum tempus modi finitiui iſtanti imperatiuo uelut ita ut dixi face Soſtrata:& face ut iuſſi deducantur iſti. Item perfecto finitiuo ueluti:Venit & ad ripas ubi ludere ſæpe ſolebat. Item imperfecto ſubiunctiuo uelut:dum hic ueniret locum relinquere uoluit. Item futuro ſubiunctiuo ueluti dixi feceris iuſſu:ſed tamen obedieris. Item inſtanti infinito ueluti facere conſtituit:qrere conſueuit. Item præterito infinitiuo ueluti: dixi ego in ſenatu pendente optimatum contuliſſe. Item futuro infinitiuo ueluti. Nam conſtitui cum quodam hoſpite eſſe illũ conuenturam:& metum uxorem credidiſti:ſcilicet ducturum. Iũgitur pluſquamperfectum tempus finitiui modi inſtanti finitiuo ueluti dixerat ille:etiam per mœnia clarior ignis auditur:

Item inſtans finitiuum futuro finitiuo:ut apud Virgilium: Quamquã animus
meminiſſe horret luctuqꝫ refugit incipiam. Item inſtanti ſubiunctiuo ueluti:
Dico quamuis intellexeris. Reperimus apud ueteres inſtans finitiuorum iun
gi etiam imperfecto ſubiunctiuorum:quod raro fit cuius exempli prodendi gra
tia uel ſola tulliana ſufficit auctoritas ait in roſciana ſic.Cum nulla præſcriptio-
nis mentio fieret:cum etiam omnes qui antea meruerant redirent etiam eſſe de-
functos periculis arbitrarentur nomen refertur in tabulis Sexti Roſcii. Iungi-
tur imperfectum finitiuorum imperfecto ſubiunctiuorum ueluti dicebas quan
tum intelligeres:Idem tempus iungitur & pluſquam perfecto ſubiunctiuorum
ueluti.dixi quamuis intelligeres:dixeram quamuis intellexiſſes. Item futurum
finitiuorum iungitur præſenti ſubiũctiuorum & præterito perfecto & futuro:&
optatiuorum futuro.Ita dicam ſi intelligas.Nõnunquam iungitur perfectum fi
nitiuorum fututo optatiuorũ ueluti:dixi ut facias.Cæterum & imperfecto ſub-
iunctiuorum iungi diximus ſed hanc affert differentiam ut interſit utrum dixie
ut faceres an dixi ut facias enunciemus.Quoniam in ſupiori dixi ut faceres tem
pus quo ut facias dixi præteriſſe ſignificat in eo uero quod eſt dixi ut facias dixi
tempus præteritum.Futuro ſuſpendit cum adhuc quoniã fieri poſſet quod iuſſi
incertum ſit fiat nec ne.Item ſubiunctiua uiciſſim inter ſe iunguntᷣ hoc pacto:im
perfectum imperfecto ut dicerem ſi ſcirem:pluſquamperfectum pluſquãperfe-
cto:ut dixiſſem ſi ſciuiſſem.Itẽ imperfectum pluſquamperfecto ſic dicerẽ ſi ſciſ-
ſem:& uerſauice pluſquamperfectum impfecto:ſic ſcripſiſſem tibi & ſi ſcirem.Et
priore quidem ſermone ſcriberem tibi ſi ſciſſem ſignificat fuiſſe ſe ſcripturum uel
ſemel ſi ſæpius cognouiſſet: ſequenti ſcripſiſſem tibi ſi ſcirem ſignificat ſcripturũ
ſe fuiſſe ſi uel ſemel ſciret:ſi quid difficultatis in ſe haberet uidebitᷣ res:ſe nõ mihi
imputabis: poterit tamen hoc qualiſcunqꝫ eſt præſentia cõi corrigi. Sermo la
tinus duobus modis intelligitᷣ.aut per imperfectum:aut per futuꝝ optatiuorũ.
Sic per futuꝝ quotiens aut inſtans aut futuꝝ finitiuorum præponitur uelut di-
cam ut facias quotiens autem perfectũ:aut imperfectum:aut pluſquãperfectum
per imperfectum uelut dicebã ut faceres:dixi ut faceres dixeram ut faceres:dicã
ut facias. Sin autẽ longus ſermo effertur adiuuationis cauſa recipitur futurum
ſubiũctiuoꝝ:& pluſquamperfectum optatiuorum:ueluti dico ut facias:& cum
feceris mittas:ſi dicerem faceres:ſi dixiſſem feciſſes:ſi dicerem faceres: dixeram
ut faceres:& cum feciſſes mitteres.Supereſt ut de cõiugationibus dicamus quæ
cuiqꝫ qualitati iungatᷣ.Cum iungitᷣ modo finitiuis:modo ſubiunctiuis:ueluti cũ
dico:cum dicebam.Item cæteris finitiuis tpibus.Subiunctiuis quoqꝫ ſic:cum di
cam:cum dicerem.Item cæteris ſubiunctiuis tẽporibus.Sed intereſt utrum fini
tiuis:an ſubiunctiuis iungatur.Finitiuis enim iungetur quotiens ad tempus quo
agebam refertur:ueluti cum dicam ueni.i.ipſo tpe quo declamabo:cũ declama-
bam ueniſſet.i.ex tempore quo declamabam ueniſſet:& apud Virgil.Cum uenit
aulæis iam ſe regina ſuperbis Cõpoſuit.i.tempore ipſo quo uenit.Et apud Cice.
Tantum profectum:cum a te conſulatum repuli.i.ipſo tempore:quo repuli:pro-
feci.Sic quoqꝫ modo finitiuo tempore futuro coniungitᷣ:ut apud Virgil.Cũ da-
bit amplexus:atqꝫ oſcula dulcia figet.i.eo tempore quo dabit amplexus & figet
oſcula.Sic & Cicero:At cum bello uaſtabitur Italia:uexabuntur urbes:tecta ar-
debunt:cum te non exiſtimas.Significat enim ipſo tempore inuidia ſe conflagra-

turum:quo uaſtabitur Italia:& tecta ardebũt.hoc pacto iungitur finitiuis.Subiunctiuis uero cum poſt factum aliquid perfectum ſignificat:ueluti cum ueniſſet declamaui.Significat enim prius ueniſſe eũ:& ſic cœpiſſe declamare:ut apud Ciceronem.Cum ille homo audaciſſimus conſcientia conuictus primo reticuiſſet:poſtremo patefecit.Item ſi modo finitiuis:modo ſubiunctiuis iungitur.Finitiuis ſic:ſi uenio ſi ueniebat.Item & cæteris finitiuis temporibus. Subiunctiuis uero ſic:ſi ueniam:ſi uenirem:& cæteris item ſubiunctiuis temporibus:ſed finitiuis iunguntur hoc modo:quotiens res facta ſignificatur ueluti apud Ciceronẽ ſi illuſtrantur ſi erumpunt omnia:nec enim dubitat an illuſtrentur:ſed qa illuſtrãtur ſuadet:ut mutet Catilina mentem:& Virgilius:ſi te fata uocãt ſic quoq; & perfectum iungitur:ut apud Virgilium:Si potuit manes arceſcere coniugis orpheus:affirmat enĩ potuiſſe.Item apud Ciceronem:quid ſi hæc non dico maiora fuerunt in Clodioq̃ in Milone.Subiunctiuis uero iungitur quotiens conditionalis & incertus eſt ſermo:ueluti ſi facias ſi faceres.Q ui enim ſic loquitur non factũ interim declarat:dum iungiẽ finitiuis:ueluti dum uenio:quotiens uero pro eo quod eſt dũmodo ponetur ſubiunctiua recipit:ut apud Virgilium:dũ conderet urbem.i.dũmodo conderet:ſum etiam ſi alius profertur ſermo declinationis ad illũ reformatur:ueluti petebas:ut dum uenires facerẽ:ſic quoq; recipit ſubiũctiua:donec iungitur ſubiunctiuis:ut donec ueniam.Itẽ num ſi præpoſitum fuerit illi aliud uerbum finitiuum recipit ſubiunctiua:ueluti Cicero:Interrogauit:num dubitaret eo proficiſci:ut ſit ſpecies relatiua:fere enim præpoſitio finitiuo uerbo parti orationis ſubiunctiuæ ſubiungitur ſpecies ſubiunctiua ueluti neſcio quid dixerit:quare uenerit:neſcio cur dixerit & cætera ſimiliter. Aliter uero ſubiunctiuis:ut apud Cice.Credo ego uos iudices mirari:quid ſit:quod ego potiſſimum ſurrexerim:quanq̃ idem Cicero in eodem aliter enunciauit.Non eſt quod metuas Glaucia:non te ſcrutor ſi quid forte ferri habuiſti:aliter uero finitiua ut apud Terentium:Nunquid me tibi opus eſt.Item quare ueniſti:cur dixiſti:cur id feciſti:& ſimilia:quia non præponit uerbum.Item quãuis & licet recipit ſubiunctiua:ut quãuis uenires:ut apud Virgilium:Q uãuis elyſios miretur græcia campos.Itẽ licet uenias.Itẽ quãquã finita recipit:ſicut apud Virg.quãq̃ animus meminiſſe horret.Item dũmodo:ſubiũctiua recipit:ueluti dũmõ uenias. Item:ut recipit finitiua acuto accentu elata.Effertur autem quotiens pro eo accipitur:quod eſt quomodo:ut apud Ciceronem:ut ſuſtinuit:immo uero ut contempſit.i.quomodo:quotiens uero pro eo quod eſt apud græcos ινα accipitur optatiuis iungiẽ ueluti ut faciam.Nõnunquã tamen accentu acuto relatũ recipit ſubiunctiuũ:præpoſitio ſanẽ finitiuo:more quo ſupra relatam formam diximus.ut apud Virg.Infandum regina iubes renouare dolorẽ:Troianas ut opes:& lamentabile regnũ Eruerint danai.i.quomodo eruerint.itẽ utinam recipit optatiua:ueluti utinã ueniã.Item:ne:acuto accentu elatũ recipit imperatiua ueluti ne fac.Q uotiens uero graui accentu pro eo quod eſt apud græcos μη accipitur:optatiua recipit:ut apud Horatium ne facias quod iuidus dixi mihi placet: Nõnunquã etiã & ſi acuto accentu efferet optatiua recipit:ueluti ne uenias ne ſcribas.Sed intereſt iter hoc & illud:quod diximus:ne fac:quo hic ipamus:ſupius ſuademus. Recipit quoq; idẽ ipſum acuto accentu elatũ finitiua:quotiens ironice accipimus p eo quod eſt apud græcos ναι facta affirmatione:quod eſt apud

Cice.Ne illi uehementer errant.Affirmat enim illos uehementer errare. Quotiens uero rei dubiæ & quaſi conditionali aptatur:recipit & ſubiunctiua eodem accentu elatum:ut apud Cice.Ne tu erici accuſator eſſes ridiculus. Item poſtquam:modo finitiua:modo ſubiunctiua recipit. Finitiua ſic:quotiens iunctum accipitur:ut eſt apud Virgilium:Poſtquam res Aſiæ Priamiq; euertere gentem immeritam uiſum ſuperis.i.poſtq̄ uiſum ſuperis.Subiunctiua uero: quotiens ſe cernitur:ut poſtq̄ uiſum fuiſſet factū eſt & ſimilia. Item antequam:modo finitiuis:modo ſubiunctiuis iungitur:contra ac ſuperius iunctum ſubiunctiuis ſic:ueluti antequam ueniſſes diſiunctum finitiuis:ut apud Virgilium.Ante pudor q̄ te uiolem.Item niſi & ni:ſubiunctiua recipit ueluti:ni feciſſes:& ni feciſti: quāquā apud Ciceronem nonnunquam finitiuo iungitur:tunc maxime cum parum debuiſſet ſenſus:ut apud eundem niſi forte malis patefacere nobis prouincias quo exire poſſumus q̄ curare ut ēt illi qui abſint habeant:quo uictores reuertantur.

Relatiua ſpecies uerbi dicta uidetur:cum ad eum ſermonem ſequentia referuntur:quo dependet ſequens.hanc ſpeciem conſuetudine parum obſeruant multi imperitia lapſi:cum dicunt:neſcio quid facis neſcio quid feceris:quo more Cicero loquitur pro ſexto Roſcio. Credo ego uos iudices mirari:quid ſit ꝙ cum tot ſummi oratores homineſq; nobiliſſimi ſedeant:ego potiſſimum ſurrexerim: non dixit:credo uos mirari quid ſit:ꝙ ſurrexi:quod eſt idiotiſmos.Figuratur autem huiuſmodi ſermo:hoc pacto.Refert enim nō modo agnoſcere qualis ſit ſpecies:ſed annotare quomodo ſeruatur præpoſito:ſermone interiecto pariter orationi:quare:quidem:cur:& ſimilibus:ſubiunctiua ſequitur ſpecies:ut apud Virgilium.Infandum regina iubes renouare dolorem:refertur eruerit:quod ē iubes renouare:eodem pacto:& ſimilia. Species uerborum ſunt hæ:relatiua:uſurpatiua:affirmatiua:conceſſiua:de relatiua diximus. Vſurpatiua ſpecies eſt huiuſmodi:cum dicimus legēdo proficit.i.dum legit:legendi cauſa uenit.i.ut legat:legendum tibi eſt:ideſt neceſſe eſt ut legas.His enim fere caſibus uſurpātur dicta: quod uſu exerceri:quod hoc pacto eloqui demonſtrat.Deriuať aūt quaſi ex participio futuro paſſiuo:ut licet uerbū non admittat paſſiuam declinationē:nihilo minus fere ex omni uerbo talis haberi dictio poteſt: uelut natando exercetur.i. dum natat:& natandi cauſa uenit:ideſt ut natet:& natādum tibi eſt.i.oportet nates.Item cum dicimus uapulando corrigitur:& uapulandi cauſa:& uapulādum eſt tibi:nec tamē eſt nator aut uapulor:adeo non eſt participialis iſte ſermo: ſed proprie ſermonis ſpecies. Participia enim cum ſint talia:recipiunt perſonam & numerum in his legendis:ut ſpecies uſurpatiua infinitiua eſt.Nihil enim hoc recipit:cum dicimus legendo ego proficio in omni genere.Item numero:legendo proficimus & ſimilia. Affirmatiua autem ſpecies eſt huiuſmodi:cum re dubia in qua parum altercantibus aſſentimur ſpecie ſubiunctiua:quaſi ſit factum affirmamus cū dicimus fecerit:dixerit:ideſt crede eū dixiſſe aut feciſſe:quod neq; dixerit:neq; fecerit.Nā ſi factum eſſe re uera animum inducimus: finitiuo utimur ſermone ideſt fecit:dixit:hic ſermo confitentis eſt:ſuperior cum dicimus fecerit: dixerit:legerit non confitentis legiſſe uel feciſſe:ſed affirmantis:quod etiam ſi fecerit:uel dixerit: uel legerit:quod nequaquam factum eſſe conſtet: nihilominus nihil eſſe commiſſum:quale eſt apud Ciceronem pro Milone:ſeruum etiam ut corruperit Accius meus amicus ait non dixit ſeruum corrupit:neq; enim con

ſitet corrupiſſe:ſed affirmat etiam ſi corruperit nihil criminoſe Milonem:Et alibi idem in eodem ſit ita factum:credite ita factū eſſe quod non ſit. Talis eſt affirmatiua quæ altercationis tollendæ gratia:ſub ſimulatione confeſſionis inducit.
Conceſſiua prærerea ſpecies eſt quā:tū demū utimur ſubiunctiuam inferentes qualitatem:cū ſuadendo cuipiam ꝙ expediat nō perſuademus: & deſiſtentes dū nos uolumus crimine abſoluere contendimus arbitrio eius remittentes ꝙ pertēdat facere:ut cum loqmur ne faciat:ſane ſuadentes illo pertendente ut magis faciat:addimus:uideris:feceris.i.licet tu uideas:tu perſpicias quid facias: hoc dicimus ſub ſpecie contendendi potius cunctantes. Nam cū facere ex animo ſuademus:non ita loquimur feceris uideris:ſed facias:uideas exhortatiuo utentes ſermone. Enunciatione igitur eadem affirmatiua & conceſſiua eſt ſpecies:ſenſu uero differt:quoniam quæ liqueant nobis non eſſe affirmantes:quaſi ſint facta defendimus. Item quæ nequaquam uolumus fieri uerbo uelut fiat concedimus: ut pertinaciam contendendi euitemus.

Impersonalis Verborum declinatio.

IMperſonalis uerborum declinatio.perſonæ tertiæ formam habet:quā additis pronominibus:& pro prima & ſecūda perſonis uſurpant:quaſi puder me te:illū:& cū uētum eſt ad numeꝝ pluralem:pronomina dūtaxat numero iūgunt plurali:cū dicimus pudet nos:uos:illos.nōnunquā & ipſa uerba imperſonalia numero plurali iunguntur:quotiens cū dicimus quæ uis uiro ſane intenduntur quaſi poſſeſſiua ſignificantes:ut dicimus decet me penula.Item decent me penulæ:& ſimilia:quæ tali ſignificatione:& primam admittunt perſonam:cū dicimus & ego te deceo:& tu me deces.quaſi per totam itaqꝫ declinationem imperſonalia ſunt.& quæ trina forma terminantur:& eſt prima q̄ in.et.erit:ſecūda in.it:tertia in tur:& quæ in.et.exeūr duas formas habent.Quędam.n.ab indicatiuo ueniunt:ut miſeror miſeret.alia a ſe deriuant:ut pudet:tedet:decet:libet:licet.Item quæ in.ir.uniformiter terminant:quaſi contingit:euenit.Identidem quæ in tur.exeūt:tam ex omni genere uerboꝝ naſcunt:q̄ ab indicatiuo duntaxat figura:temporibus declinantur:ut lego legitur:curro curritur: quæ a quibuſdam nominantur genera:ſed inter modos uerboꝝ placuit rectius ordinare:ſiquidem alia quæ ex ſe oriunt:nonnulli inter genera uerborum collocare uoluerunt:quoꝝ declinatio ſicuti uerba cætera per omnes modos decurrit. Hac itaqꝫ ratione imperſonalis modus cæteroꝝ imperſonaliū genere ſeparatur. Huiuſmodi præterea uerba caſibus accommodant.hæc enim quæ in.et.terminant modo datiuo accuſatiuo caſui ſeruiunt:uelut libet mihi:tibi:illi:decet me: te:illū:quæ in.it.exeūt datiuo caſui copulant:ut contingit mihi:tibi illi:quæ in.tur.exeunt datiuo & ablatiuo caſui copulant:ut dicit:mihi:tibi:illi:ablatiuo:ut gerit:a me:a te:ab illo.Ex his quoqꝫ quædam ſunt primi ordinis:ut iuuat me:te: illū:reſtat:mihi:tibi:illi. Item alia ſunt ſecūdi ordinis:ut decet:me:te:illum:libet mihi:tibi:illi:oportet:pœnitet:& pudet:& ſimilia. Irem tertii ordinis correpti: ut accidit mihi:contingit mihi.Item tertii producti:ut expedit & conuenit euenit mihi.Hæc.n.primā & ſecūdam perſonā non habēt.per tertiam:tres perſonæ: addito pronomine:ſignificat.Ex his præterea uerbis:quædam licenter ueteres tēpora figurabār pfecta ex forma actiuæ declinatiōis:more paſſiuę declinatiōis: uelut libet mihi libitū ē mihi:placet mihi.placitū eſt mihi:ut apud Virg.ſic diis

placitum. Item pudet puditum eſt: miſeret miſertum eſt: pro eo ſane: quod eſt li buit: placuit: puduit. Item tedet me: unde Vir. Si non pertæſum thalami. Sed tan tum hæc quidã perfecta ex forma paſſiuæ declinationis aliter figurãdo declina bant: ut eſt pudetur: tedetur: licet: eorũ præteritum perfectum puditum eſt lici tum. Nam puduit & licuit more actiuæ declinationis dicimus: teduit autẽ dice re nõ poſſumus: ſed nec teſum eſt: quidã tantũmodo pertæſum cõpoſita figura di xerunt. ex his quoq; nõnulla impersonalia ſub diuerſo ſenſu eadẽ impersonalia ſunt: & cæteris ſimilia: ut cũ dicimus: placet mihi: idem uidetur. Itẽ placeo places placet: licet mihi: ideſt poteſtatẽ habeo: & liceo denariis dicimus: cũ ad precium referimus: ideſt liceo denariis totidem: contingit mihi: contingit tibi: quaſi uenit: ſed & contingo contingit dicimus. Item iuuat me te illum dicimus: quaſi iocun dum eſt mihi: ſed iuuo iuuas dicimus. Impersonalium declinatio nõ facile admit tit participia: & errant qui decẽs pudens participia opinantur eſſe cum ſint ap pellationes: Paſſiua uero impersonalis declinatio huiuſmodi eſt & figuratur ex uerbis: quæ abſolutiua ſunt: ideſt neutralia: quæ cæteras perſonas nõ admittunt paſſiuæ declinationis: quoniam ſunt neutralia: nihilominus tertiam perſonã ad mittunt paſſiuam: & declinantur paſſiua declinatione: more impersonali: quaſi pugnatur a me a te ab illo. Item certatur ſimiliter: ut pugnatur cõminus armis. & certatur limine in ipſo. Itẽ diſcribitur a nobis: uiuitur hoc pacto. Itur in an tiquam ſiluã: qua ſpecie non qui facit: ſed quid fiat demonſtratur: numerũ plura lem ipſa declinatio admittere non poteſt. ut enim decent nos penulæ: ſub actiua ſpecie impersonali dicimus. euntur a nobis uiæ dici non poteſt: ſed itur a nobis in uia: pugnatur a nobis in bello. Huiuſmodi autem neutralia accõmodantur lo co: tempore: perſona: ut bene illo loco ſtudetur: bene illa hora ſtudetur. Sunt præterea uerba: quæ cũ ſint impersonalia ab actiua declinatione collata: in per ſonam patientis: impersonali more figurant̃: ea ſũtq; datiuo caſui coherẽt: uelut maledico tibi. iuideo tibi: cõſulo tibi: obiicio tibi: prouideo tibi: noceo tibi. Hæc oĩa in perſona patientis non rectæ dicimus: maledicor a te: ſed maledicit̃ & inui det̃ mihi a te: maledicit̃ tibi a me: obiicitur mihi: conſulitur mihi. prouidetur mi hi. imperatur mihi. nocet̃ mihi. communiter a te & cætera: ſimilia non enim dici mus noceor noceris. huiuſmodi enim uerba paſſiuam naturam non habent. Cæ terum hoc modo tantum declinantur: dum illud tantũ ſciamus: etiã infinitis o mnibus eandẽ utiq; paſſiuã ſignificationẽ: ut apud Ciceronem: nihil mihi ab iſtis noceri poteſt. & apud Sallu. in iugurta: cum gallis de ſalute nõ de gloria certari: uerum hæc & ſimilia antiquitatis conſuetudine diuerſa reperiuntur figurata de clinatione. Apud quoſdã. n. & per cæteros modos impersonalium declinatio de currit: & hac ratione genus potius nondũ eſſe dixerunt. Nam cũ ſit indicatiuus curritur: hoc eſt oẽs currunt: facit impatiuũ curratur: optatiuũ curreretur: ſubiũctiuũ cũ curratur: infinitiuũ curri: quã declinationem qui probauerit ſciet: certari & no ceri quoq; latinum eſſe Salluſtium & Tulliũ: impersonalis modo: infinitiuũ re cte poſuiſſe. De his quæ apud ueteres diuerſa inueniuntur enunciata: declina tione. Nunc demum operepretium eſt ueterum inuiſcere & percurrere libros: quo perfacile innoteſcat: per omniũ litterarũ fere concurriſſe licentiam: & perin de ut palios mores itidẽ priſcæ: & ante: aliũ fuiſſe ſermonẽ annotamus: ut pela re dixit. Terentius: nihil dictum qd nõ ſit dictũ prius. ſed inieci: poſtera ætas ma

num:& ueluti diſciplinã priſtini ſæculi:ita & ſermonem faſtidire cœpit:& noua: uelut parturire uerba:quæ iuuenum ritu:ipſa mõ florent & uigent:ut ait Horatius:Vt ſyluæ foliis primos mutant̃ in annos:prima cadũt:ita uerboꝝ uetus interit ætas.Et iuuenũ ritu:florent modo nata:uigentq;:Exẽpli tamẽ gratia : quædã commemorauimus:quæ quibuſlibet uti:more uetuſtatis ꝑmittant̃. Plura.n.uerba quæ uulgo:paſſiuo more declinauimus:apud ueteres diuerſa reperiũtur denunciata declinatione:fruſtro quod uulgo fruſtror eſt:ideſt decipio.Item patio pro patior:moro quod crebro moror dicimus.Item demolio:auxilio: populo:digno:Hæc & alia apud ueteres reperimus:contra morẽ doctoꝝ poſita.Nunc dicet aliq̃s:quos ueteres hoc mõ loquentes fruſtro:ut C.Cæſar apud milites de cõmodis eoꝝ:nõ fruſtrabo uos milites.Itẽ patio. Næuius in ꝓtecto:Populus patit inquit tu patias mõ.Itẽ.Næuius in eodẽ.Quid moras:q̃d impas.Item Pacuuius in Hermione:paucis abſoluit:ne moraret diutius.Ennius:An aliquid quod dono illi morares:ſed accipite.Demolio Varro in poetico libro.Et tñ nõ demolio aſtra.Itẽ in epiſtolicaꝝ quæſtionũ:demoliuit tectũ.Item Næuius in corrolaria:hæc demolite inquit.Itẽ auxilio.ut Graccus aduerſus furiũ:quibus ego primus cũ auxilio:populo:ait Plautus in Fœneratricio:quæ ego populabo ꝓpere. Digno:ut Pacuuius in hermione cũ neq; aſpicere æquales dignarent eius.me dies deficiet nũerantem exẽpla.Sed hactenus hæc:quæ memoria ſuggerere potuit:ne imenſum ſerpat cõmentarius.

De participio. Cap. V.

Participiũ eſt pars orationis:dicta:q̃ duaꝝ partiũ q̃ ſunt eximiæ:in toto ſermone uerbi & nominis uim participet.Capit.n.a nomine genus & caſum:a uerbo aũt ſignificationem q̃litatem & tempus:ab utroq; numeꝝ & figuram.Significationes participioꝝ q̃nq; ſunt:quemadmodũ in uerbo:actiua:paſſiua:neutra:deponẽs:cõmunis:Actiua eſt:ut uocans:docens:Paſſiua ut uocatus doctus. Neutra ut nauigans: uolans. Deponens:ut luctans:ſequens.Cõmunis ut conſolans criminans.Qualitas participioꝝ ſimiliter:quemadmodum in uerbis:in quattuor ſpecies diſtributa eſt.Abſoluta:inchoatiua:frequentatiua:meditatiua.Abſoluta eſt ut legens:docẽs.Inchoatiua:ut ferueſcens: luceſcens.Frequẽtatiua ut curſitans quæritãs.Meditatiua ut eſuriens parturiẽs. Tempora participioꝝ ſunt tria.Præſens ut ſequens.Præteritum ut ſecutus.Futurum ut ſecuturus.Genera & caſus ex nomine tracta facile noſcimus:numerus quoq; & figura tã ex uerbo quã ex nomine intelligi poteſt.Participia trahunt̃ a uerbo actiuo duo:quæ præſentis tẽporis & futuri:ut docens & docturus.A paſſiuo duo:præteriti & futuri.ut doctus & docendus.A neutro duo:præſentis temporis & futuri:currẽs curſurus.Interdũ tria cum declinatio paſſiua miſcetur:ut gaudens gauiſus.& gauiſurus.A deponenti tria:luctans luctatus & luctaturus. interdũ quattuor.ut ſequens ſecutus & ſecuturus & ſequẽdus.A cõi ſemper quattuor:ſecundum formam quidẽ actiuã præſentis temporis & futuri:ut criminans criminaturus:ſecundum paſſiuam aũt formã præteriti & futuri:ut criminatus & criminãdus.participia in actiuis:temporis præteriti non ſunt:ut græce dicimus. οτετυφοσ.Recipiunt̃ autẽ in poſitiõe paſſiua ea quæ nõ hñt paſſiuã declinationẽ:ſicut apud ueteres inueniuntur.Iuratus non enim dicimus iuror:Similiter & prãſus:cœnatus:potus:q̃ participia eſſe:aut uerboꝝ ſignificatio aut figura nõ patitur.Minime.n.a uerbis deriuant̃:& hæc dũtaxat reperiunt̃ ĩ toto ſermõe ptici-

pia quaſi paſſiuam:quæ originem non habent:quale:cum iurati iudices ꝑnūcia uerunt.Itē apud Ciceronē:cœnatus ſubitū cum duobus filiis:apud eundem.Pro Milone:pranſi:poti:oſcitantes:ſed neq; iuror:neq; prādeor:neq; cœnor dicitur. Apud Turpilliū comedia nobilis:cuius titulus Demetrius:legimus:iurata ſum: pfecto finitiuo:dictū iuuenis eſt:q conſulit:meretrix rñdit:nō ſum iurata:ꝑ eoſa ne quod eſt iuraſti non iuraui.Sed hæc in cęteris uerbis & participiis dici nō poſ ſunt.Participia in paſſiuis præſentis tēporis non ſunt.Abutunt́ aūt ueteres acti/ uo ꝑ paſſiuo:ueluti:genibuſq; uolutans hærebat:deeſt enim ſe ut ſit κυλινδου μενος. Itē præcipitans traxi mecū:deeſt me ut ſit præcipitans καταρριπτουμενον. Sunt quædam participia nominibus ſimilia:quæ quoniā uerbi originem non habent:ꝑpterea non ſunt participia:ſed noīa:ut tunicatus:galeatus:penula tus:togatus.Quædā pticipia & nomina cōiter eſſe poſſunt:ut paſſus:uiſus:cul/ tus:q̄ gtō caſu diſcernunt́.Nā ſi noīa fuerint gtūm caſum.in us lōgā ſyllabā mit/ tūt:ut huius paſſus:uiſus:cultus:Participia aūt in.i.mittūt:huius paſſi:uiſi:culti. Errant longe q opinantur moribūdus:uitabūdus:furibūdus eſſe pticipia.Sūt.n. appellationes:moriturus uero eſt pticipiū.Cæteꝶ fere tm̄ diſtat in hoc ſermōe: qm̄ cū dicimus moriturus & moribūdus licet mortē non ſit ſubiturus nihilomi/ nus ſimilis morituro:tale eſt furibūdus ſimilis furēti:ſed ſine furore:item cum le gimus apud Salluſtiū.Vitabūdus inqt p ſaltuoſa loca recedebat.Nō utiq; uitās: ſed uitare ſimulās:Hæc plerunq; differunt:pticipia etiā ſæpe tpibus deficiunt:ut furēs cœpturus ſtudēs: ratus:&c.Item obſeruandū eſt quod cum uerbū accedit: q; tantū paſſiuam declinationem admittat: participia recipit actiua & paſſiua: quaſi hortor conſolor:dicimus:ex eo hortatus & hortandus.Item hortās & hor taturus:q̄uis horto non dicimus.Si uero tale inciderit uerbum:quod ſub paſſiua declinatione patiendi uim parum admittat futurum.Participium declinationis paſſiuæ non fere admittit:ut quaſi expergiſcor:cunctor:expergiſendus & cun/ ctandus:ſermo abſurdus uidetur:quia ſenſum non admittit.

De aduerbio. Cap. VI.

ADuerbium eſt pars oratiōis:quæ adiecta uerbo eius ſenſum implet atq; explanat ita.Nam cum dico Palæmon docet:nondū habet ſuam uim ſa tis planam:niſi adiicero male aut bene:& ideo aduerbiū appellat́:quia ſemp adiicit́ uerbo Scaurus ita diffinit.Aduerbiū eſt rei modus adiectiōis:ipam ꝑnunciationem diffiniens recte:diligēter:optime. Aduerbiū dicitur:ideo quo/ niam ad uerbum tendit in eadem ſententia conſpiratione:ut recte dixiſti:diligē/ ter feciſti:optime legiſti.Aduerbio hæc iuncta ſunt diſcrimina generalia tria:for ma:modus:finitio.Forma continet aut ſimplicem:aut cōpoſitam.Modus cōtinet q̄titatē:ut plus minusue.Finitio continet ſummā.Aduerbia aut ſuæ ſunt poſitio/ nis:aut ab aliis partibus orationis trahunt́.Per ſe naſcuntur ut nuper.Hæc quæ ab aliis tranſeunt uarias habēt formas:a proprio nomine dicunt́:ut Tullius Tul liane.alia a ꝑnomine:ut meatim tuatim.Item a uerbis:ut curſim.Item a nomine & uerbo:ut pedentim.alia a participio:ut indulgens:indulgēter.Item a nomine appellatiuo:ut docilis dociliter.alia a uocabulo:ut hoſtiū hoſtiatim.Verum ne has qdē oēs uarietates pſequēdas putarim.ſatis eſt poſuiſſe aliqs:ꝑ quas cæteræ colligant́.Aduerbiis accidūt numerus:ut ſemel:bis:ter:q̄ter:qnquies:deinceps: primum:iteꝶ rurſus:tertiū duntaxat.ſæpe ſæpius:ſępiſſime milies:decies.Nega

tio:ut nõ.nequaquã:haud:paꝝ:ſecus minime.Confirmatio:ut etiã quid ni:nem pe quippe:ꝓfecto:uidelicet:plane:maxime:ſcilicet:licet:illicet:nimiꝝ.Demonſtratio.ut ecce.en.illum.eccum.eccam:ſed hæc ꝓnomina quidam eſſe dixerunt. optatio.ut utinam o ſi qui.ſi ſi.æſtimatio.ut caro.uili.Ordinatio.ut primo.ſecundo.deinde deinceps tunc.ante:prius.deniq;. Interrogatiuo.ut cur.quare.quid ita:nempe:nonne.quãobrem.utrum. Similitudo.ut quaſi:ceu.itaq;.perinde.ac:ſic.ꝓut.item:adeo:ueluti:tanquã.ſic.quemadmodum.Dubitatio:an:utrum:fors forſitan:fortaſſis:fortaſſe.Inuocatio:ut heus:eho.Reſponſio hei.Prohibitio negatio:affirmatio:ut ne.Prohibendi modo:ne facias.Negandi:modo:ne id facias: ne.Affirmandi mõ:næ tu heri accuſator ridiculus eſſes.Cõicatio ſiue cõgregatio. ut pariter:ſimul:una.Separatio:ut ſeorſum:ſeparatim:ſemote:ſegregatim.Optio:ut potius immo.Euentum:ut forte:fortuitu. Qualitatẽ:ut bene:pulchre.ſapienter:prudenter:agiliter:uiriliter:expedite. Quantitatem:nimium.plus.minus:multũ:tantum:tantũmodo:ſatis:parump:ſublimiter. Præcationem:ut ſodes.iuſiurandum:hercule.me hercule:mediuſſidius:mecaſtor:ecaſtor:perpol: edepol. Temporale:ut modo:heri:hodie:cras:ſtatim:nunc:nuper:perendie: olim:aliquando:quando:locorum:quæ quattuor deſcribuntur. Nam aut ad uerbia loci ſunt:ut hic:illic:ibi:alibi:intus foris. Aut aduerbia ſunt ad locum: ut huc:illuc:quo:alio:intro:foras. Aut aduerbia loci.de loco:ut hinc:illinc:indealiunde. Aut aduerbia per locũ:ut qua:hac:illac:iſtac. Recta aut cõmunia omnium partium:ut peregre:penitus:rurſum:deorſum:ſurſum:paſſim:anguſte: late.Etiam nomina ciuitatum:in aduerbia redigi poſſunt:& illa quidem quæ genitiuo caſu.i.& æ.ſyllabis finiuntur:quãdo in ipſis ciuitatibus ſumus:uel illic aliquid agimus:ipſo genitiuo caſu uti debemus:ut Romæ ſum.Romæ ſtudui:Arimini uerſor:arimini moror. Quando autem ad ipſas ciuitates pergimus:aduerbium facimus ad locum:caſu accuſatiuo:ut Romam uado.Ariminum pergo:Si uero tamen digredimur:ſeptimo caſu:utendum eſt:ut Roma uenio:Arimino diſcedo. Ea uero nomina ciuitatum:quæ genitiuũm in us ſyllabam mittũt:in una tantum parte diſſentiunt a ſuperioribus. Nam & aduerbium loci in loco:ſeptimo caſu ſeruabimus:ut narbone ſum:quia facit huius narbonis:Babylone ſum: quia facit huius Babylõis.Rus etiam & domus & humus in aduerbia redigi poſſunt. Nam ſi aduerbium loci ad locum ponimus:ita dicemus:rus uado.domum pergo.Si illic fuerimus ita dicemus:ruri ſum:domi moror.Si inde ueniamus:ſeptimo caſu utimur:ut rure uenio:domo diſcedo.Humus autem nõ recipit niſi aduerbium loci:in loco ut humi naſcitur.i.humo:æquæ aduerbia ſunt:dicenda quibus melius præpoſitio detrahitur. Si tamen ciuitatum ut cæterorum locorum nomina fuerint deſtinata:alioqui prouinciis.Item præpoſitio applicabitur:ut ab Italia uenio:in Italia ſum:ad Italiam uado.Poetæ tamen ſæpius ab hac obſeruatione diſcedunt.Sunt præterea nomina ciuitatum:quę plurali numero figurantur:ut Athenæ Thebæ:& his utemur accuſatiuo caſu euntes:ablatiuo manentes & exeuntes.Comparatione recipiũt aduerbia quotiens appellationes:unde. tranſeũt comparantur:ut docte:doctius:doctiſſime:quia eſt doctus:doctior:doctiſſimus.Et quoniam aduerbia quoq; ſunt:quæ per omnes gradus ire non poſſunt:ideo his ad augendam ſignificatiõem ꝓ comparatiuo & ſuperlatiuo:magis & maxime coniungimus:ad minuendam minus minime:quemadmodũ compa-

rantur ita diminuunť aduerbia a poſitiuo:ut primũ primulum:longe longule.A
comparatiuo modo:ut meli⁹ meliuſcule:longius longiuſcule.A ſuperlatiuo uel
nulla exempla uel pauca ſunt:Aduerbia communia cũ noĩbus:ut ſubito:ſedulo.
aut cũ pronominibus:ut qua quo hac.Aut cũ uerbis:ut age pone.aut cũ coniun
ctionibus:ut quare ſi quãobrem:quando ne ut eũ aut cũ ꝓpoſitionibus:ut præ-
ter:ante:præ:contra:propter:aut cũ interiectionibus:ut hem:heus.heo.aut pro
ſe inuicem.ut ubi:quando:maxime:tum ut hic. Deniq; hæc aut ſenſus: aut ple-
rũq; inter ſe diſcernit accentus.Aduerbiis addi ꝓpoſitiones quã plurimi negant:
ſed tamen lectũ inuenimus in primo:quod eſt ενπρωτοις & quæ dixerunt uete
res:a mane & ab hinc annos decẽ natus eſt:quod eſt ante decẽ natus annos.Item
poſt hac.ante hac:exinde.ab hinc:ab uſq;:& poetice de ſubito:de repente:de im
prouiſo.quoꝝ quædam uelut una pars orationis cõpoſita:nonnulla poetice ꝑſe
runť:Notandũ ſane:ꝙ ipſa aduerbia uarios habent fines:Nam quædã ex cõmu-
nibus deriuata appellatiuis in.ter.ſyllabam exeũt:quotiens datiuus caſus.i.lit-
tera terminatur ut moli moliter:uolubili uolubiliter:explicabili explicabiliter:
plauſibili:plauſibiliter:docibili docibiliter.Ex hac regula unum diſſentit:quod
eſt facile.quod quidam nomen putant pro aduerbio poſitum:ut eſt toruum cla-
mat:horrendũ ſonat.Cæteꝝ in compoſitione facilis:a quo difficilis eſt:difficul-
ter facit non difficile.Appellatiões enim quotiens cõponunť:ſuã regulã ſeruãt.
Sed ſæpius contra hanc regulã uſurpat auctoritas. Quotiens datiuus.o.littera
terminatur:aduerbia.e.aut.o.litteris exeunt:ſed ea quæ in.e.exeunt produci de-
bent:docto docte.Similiter &c.Hæc aut diſſentiunt:& e correpta finiunť:quæ
non comparanť:nec ueniũt ex quadã appellatione.ut rite:magnopere:repente.
Aut ea:quæ comparatiõis regulã nõ ſeruãt:ut bene:male:melius:peius:optime
peſſime.Item ea quæ a nomine uerbo ue non ueniũt:ſed ꝑ ſe inueniunť:ut impu
ne.Identidem quæ.o.littera exeũt tam corripiunť:ut citus cito:quã ꝓducuntur:
ut falſus falſo:primo:tertio ſubito:conſulto:ſuperuacuo:clandeſtino:gratuito:ſe
cũdo:quarto:ꝑpetuo:tuto:ſecreto:neceſſario:fortuito.matutino:continuo.opi-
nato:bipartito:tripartito:quadripartito.Hucuſq; procedit figura:quia quinque
partito nemo dicit:nec in cætero nũero ita efferre poſſumus.Alia in tus:ut fun-
ditus:ſtirpitus:radicitus:cęlitus.nudiuſtertius.diuinitus.publicitus & publice.
Item humanitus & humane.Sed in hoc ſenſu diſtinctio ſenſum mutat ut:ſit hu-
mane ανΔρωπινωσ:ut eſt apud Terentiũ:tamen uix humane patiť:& humani-
tus φιλανΔρωπωσ ut idem Terentius ait:cœpi non humaniter:neq; ut animũ
ægrotũ decuit:adoleſcentulũ tractare.Quædã ſunt noĩa:in.us.ſyllabam termi-
nata:quæ ex ſe bina aduerbia faciunt.ut eſt ueteꝝ auctoritas:tranſit.n.in quibuſ-
dam rationem:& aliter ipſa enũciat.aliter conſuetudo uſurpat.Nam nauus naui
ter dicunt:qđ nos naue.Itẽ duriter qđ nos dure.Item largiter qđ nos large.Item
celere & celeriter.Sunt pręterea alia quę in.am.finiunť:ut obuiam:ne qcquam:
bifariã:quadrifariam:ꝑperam:nequaq̃:trifariam:multifariã.Alia in.im.ut grada
tim:unciatim: affatim:aceruatim carptim:raptim: ſeparatim: tractim:furtim:
ſtatim:ſummatim:priuatim:uiritim:tributim:geminatim:regulatim: paulatim:
glomeratim: copulatim: cæſim: curſim: afflictim: minutatim: deditim: partim:
paulatim:nominatim:uiatim:guttatim:angulatim: ſtrictim: ubertim: ſenſim:ui-
ciſſim:pedetentim:paucilatim:ſigillatim:turmatim:ſtillatim:memoratim.Inue-

nitur etiam aduerbium in.a.lr̃a terminatũ:ut iniuria cui contrariũ.eſt iure.Item in.i.ut ueſperi.Item in.u.ut noctu.Itẽ in.l.ut ſemel.In oĩbus latinis propriis noĩbus quæ.o.lr̃a ablatiuo caſu terminanť in aduerbiis mutata.o.lr̃a in.a.accedente ſyllaba.ne aduerbia faciũt:ut a Virg.uirgilianæ:a Tulio tuliãe:& quæ apud græcos aduerbia ως terminanť:ea apud nos iuxta latinũ ſermonẽ in.e.lr̃a finiunť:ut ομηρικως homerice.Omnia noĩa quæ in.a.exeũt ablatiuo caſu & ſunt fœminina aduerbia in tim.mittunt:ut regula regulatim:uncia unciatim:rota rotatim:& ſimilia.Item quæ in.e.exeũt interdum aduerbia in tus mittũt:ut ab unitate unitus:ab ſtirpe ſtirpitus:a fundamine funditus. Itẽ ex præpoſitionibus:quæ mutato accentu in aduerbia recedunt:ut infra:infra ſtant:ſupra: ſupra eſt:extra:extra erat:intra:intra ſedebit:ultra:ultra nõ faciam:citra:citra diſcurrit:circa:circa equitatur:iuxta:iuxta fecit:contra:contra cõdebat:ſuptus:ſuptus erat:coram:coram ſtetit:idem:palam:ante:ante uenit:poſt:poſt ſedit:prope:prope cecidit:idẽ:pene:uſq;:uſq; illam multauit:ut ſit ualde:item ſuper:ſuper fronde:quãdiu.n.ſine caſibus enunciant́.aduerbia acceptis caſibus prępoſitiões ſunt.Item aduerbia qdam hæc poſuerũt quæ etiã apud ueteres obſeruata ſunt:trãſlatiui:diuiſiui:receptui oſtentui:& ſi qua eiuſmodi ſunt alia:quæ caſui datiuo danť:in qbus obſeruabimus:ita dicere trãſlatiui eſt:erit:trãſiit:facit:mittit:trãſlatim.nõ dicimus:& cætera.ſimiliter qdam tamen dicũt ſimilia his eſſe decori:honori uſui.quæ ſupra diximus.hæc aduerbia πρωτοτυπων non hñt:poſt:poſterior: poſtremus:ſupra ſupior ſupremus:ĩfra ĩferior ĩfimus:ꝓpe:ꝓpior:ꝓximus:ĩter:ĩterior:ĩtim⁹:extra exterior:extremus:ultra:ulterior:ultimus:citra:citerior:nõ hẽt penes:penitus. Figura aduerbiis ſicut in oĩbus partibus oĩonis:aut ſimplex eſt:ut iuſte:aut compoſita:ut iniuſte.Vt aduerbiũ eſt modo tp̃is & ſignificat poſtq̃:ut metũ primũ ſæuus circũſtetit horror:ut regem æqueuũ.modo q̃litatis & ſignificat quemadmodũ:ut:troianas ut opes & lamentabile regnum.modo loci:& ſignificat ubi:ut eſt:cæſſis ut forte iuuencis:modo optandi:& ſignificat utinam:ut eſt:ut ueniret ante hac.modo admirandi:& ſignificat quam:ut te poſt multa tuorum funera conſpicio.modo coniunctio cauſalis:ut faciem mutatus & ora cupido.

❡De præpoſitione. Cap. VII.

Præpoſitio eſt ps oĩonis:quæ complexa aliã ptem oĩonis:ſignificationem eius mutat:uel ſupponiť ut mecũ:aut uerbũ ꝓcedit:ut ꝓfero:aut aduerbiũ:ut indocte:aut participiũ ut p̃cedẽs:aut coniũctionẽ:ut abſq; aut ſeipſam:ut circũcirca.Præpoſitiões tam caſibus ſeruiũt: quã loquelis:& caſibus coniũgunť:aut ſepanť:aut coniũgunť:& ſeparanť.Coniũgunť ut di:dis:diduco.diſtraho.Separanť:ut penes:apud.Coniungunť:& ſeparanť cæteræ omnes:ex qbus.in.&.cũ præpoſitiones ſi ita cõpoſitæ fuerint:ut eas ſtatim.s.&.f.lr̃a ſequať:plerũq; ꝓducunť:ut inſula:conſiliũ cõfeſſio.Prępoſitioni accidũt caſus.Sũt aũt q putant accedere præpoſitioni:figuram & ordinem.Figuram:qa ſunt præpoſitiones ſimplices ut abs.compoſitæ ut abſq;.Ordinem:qa ſunt præpoſitiuæ:ut ſine:ſubiunctiuæ:ut tenus.Sed hæc nos ſimilia in his numeramus:q̃ inæqualia nominantur. Caſibus ſeruiunt:accuſatiuo dũtaxat & ablatiuo. Sed ſcire nos conuenit:præpoſitiones ius ſum tunc retinere:cum præponuntur:ſuppoſitas uero ſignificationem & uim propriam non habere.Separatæ præpoſitiones ſeparatis præpoſitionibus non coherent:& aduerbia faciunt:ſi quando illas

non ſubſecuntur caſus.præpoſitiones aut ipſa uerba corrumpunt: ut cōficio: aut ipſæ corrumpuntur. Caſibus ſeruiunt præpoſitiones. accuſatiuo duntaxat: & ab latiuo. antiqui etiam genitiuo caſui præpoſitiones: coniungebant. ut Virgilius. Crurum tenus. & laterum tenus hiſpida nati. Quædam communes utriuſq; caſus: nonnullæ præponuntur: aliæ tantum uerbo: quædam tamen caſui mutato: aliæ accentu in aduerbiis accedunt: nōnullę tam caſui q̄ uerbo loquelis ſeruiunt: ut ſi dicas ſcribo adiectis præpoſitiōibus hoc genere uariant: ut: con: de: ſub: con ſcribo: deſcribo. ſubſcribo. Præpoſitiones aut caſibus tātūmodo ſeruiunt: aut ſolis loquelis: aut utriſq; cōmuniter. Caſibus tantum ſeruiunt: ut apud penes. Sunt aliæ quę hay iueniunt exēplo: loquelis tantū iūguntur: ut an: con: di: dis: ſe: re: ut amplector: congredior: diduco: diſtraho: ſepato: refero. Cæteræ præpoſitiōes & uerbis inhærent & caſibus: ut per hūc modum admoneat obrem quæ caſibus ſeruiunt: aut accuſatiuo: aut ablatiuo copulant: quæ accuſatiuo caſui ſeruiunt iunguntur hoc modo. Ad domū: aduerſus hoſtes: citra Italiā: circa muros: erga conſcientiam: inter propinquos: infra potentes: poſt domū: præter paucos: pone tergum: trans alpes: iuxta ædem: uſq; galiam: ante iudices: cis tyberim: contra græciam: circa foy: extra ciuitatē: intra oppidū: ob amicitiam: penes plurimos: propter ſpem: ſecūdum diſciplinā: per prouinciam: ultra terminū: prope me eſt: ut dicit Cicero in Piſone proximus Pompeium ſedebam: ſed & datiuo caſui. Idē Cicero dixit ad Atticū: propius grāmatico acceſſi nepos illuſtri. Salluſtius proxima Carthagini loca. Virgilius. Proximus huic: longo ſed proximus interuallo. Item propius ſtabulis armenta tenerent: ablatiuo caſui hæc ſic iungunt a propinquis: ab hoīe: abſq; nobis cū ſociis: coram amicis: clā patre: de ciuitate: e foro: ex puīncia: pro fratre: præ dolore: palam oībus: ſine domino: tenus crure. Et quæ utriſq; caſibus ſeruiūt: ut: in: ſub: præpoſitiones accuſatiuo caſui tunc iunguntur: qn̄ aliquo nos transferimus: ut in rus eo: in prouinciam uado: ſub montem pergo. Cū uero in ipō loco ſumus: ablatiuo caſu utimur: ut in rure ſto: in prouincia ſum: ſub monte moror. Super ēt & ſubter licet rarius utriſq; caſibus ſeruiunt. Nā dicimus & ſuper terram: & ſuper terra: ut ſtrato q; ſup diſcūbit oſtro: & gemina ſup arbore ſidunt: & ligna ſuper foco large reponens. Item ſuper teſtudinem: & ſuper teſtudine: & ſubter mare: & ſubter mari. Præpoſitiones in: ex: per: de pro: præ: tam uerbis præponuntur: quam caſus amplectuntur. Sed iunctæ uerbis ſiue nominibus modo ſignificationem augent: ut impotens: exoſus: edurus: deamo: perodi: modo diminuunt: ut inſcius: excors: inermis: deformis: perfidus: profanus. De præpoſitionibus: quæ ſub uaria ſignificatione apud auctores reperiuntur. In: præpoſitio ſignificat modo id quod eſt ualde: & uim uerbi cui præponitur: ut ſuperius: auget: ut increpuit: inſonuit. Virgilius: Turnus ut infractos: modo ſignificat idem quod non: & uim uerbi imminuit cui p̄ponitur: ut inualidus: infirmus. Ponitur & p̄ eo quod eſt inter ut Pentheſylea furens: mediiſq; in milibus ardet. Item aut capyn: aut celſis in puppibus arma cayci: & pro aduerſus: ut in patricidam: in tyrannum: ut Virgilius. Quid meus æneas in te committere tantum? Et ipſe deos in dardana ſuſcitat arma. Et pro modo qualitatis ut quem pellis aenis in plumam ſquammis auro cōſerta tegebat. Et atq; huic in faciem ſoror ut conuerſa meſti. Interdum pro particula ſuperuacua: ut Noſco crines incanaq; menta. Interdum qualitatem habet ad peius deterius pendentem: ut Quam ſemel informes

uidiſſe cyclopas.Non enim nullius formæ ſignificat:ſed malæ formæ.Sed ęque
dicitur uulgo deformis.Item apud Virg. Et pyrgi ueteres intempeſtæq; graui/
ſcæ.Nam & hic non nullius:ſed malæ tempeſtatis:ac per hoc inſalubres peſtilen
teſq;.ponitur & pro qualitate ordinatiua:ut cum dicimus:opus in dies creſcit:ut
Virgilius:Inq; dies auidum caput altius effert:& Tullius. Creſcit in dies ſingu/
los & pro ſpacio tẽporali: cum ſignificat quæ adhuc:ut cũ dicimus mane in no/
ctem:ut apud Virg.Fœlix ſi protinus illum æquaſſet nocti ludum in lucemq; tu
liſſet.Ponitur & pro præpoſitione pro:ut cũ dicimus. Hoc munus in magnũ ha/
beo:ut Virg.In magno munere Cyſeus.eſſe ſui dederat monumetum & pignus
amoris.& Salluſtius in primo hiſtoriarum libro:ut.Et facta in gloria numero & ſi
liceat audius fecerit.Sub præpoſitio ſignificat:modo ſupra ut ter flamma ſubie
cta reluxit:& corpora ſaltu ſubiiciunt in equos: ideſt ſupra iaciunt.modo infra
caudãq; remulcẽs.Subiecit pauitantẽ utero ſiluaſq; petiuit.Item pedibuſq; rota
rũ ſubiiciunt lapſus. Significat & prope ut:quo deinde ſub ipſo ecce uolat. Item
claſſemq; ſub ipſa Antandro.Ponitur & pro præpoſitione in:ut:namq; ſub ingẽ/
ti luſtrat dũ ſingula tẽplo &: Quam ſemel iforme uaſto uidiſſe ſub antro.i.in tẽ
plo & in antro: ſuper præpoſitio ſignificat modo de: ut multa ſuper Priamo ro/
gitans.& Hæc ſuper aruorum cultu pecorumq; canebam.& ſuper arboribus.Mo/
do & pro præpoſitione pro:ut nec ſuper ipſe ſua molitur laude laborem:& nil ſu
per imperio moueor. Ponitur & pro inſuper & amplius: ut cui neq; apud dana/
os uſquam locus inſuper ipſi dardanide &c.Item ecce ſup mœſti magna diome/
dis ab urbe.legati reſponſa ferunt:& pro deſup:ut hæc ſuper e uallo proſpectant
troes:& ſuperq; in mane baratrum cernit.Itẽ gemina ſuper arbore ſidunt:& pro
ſupeſt ut:ille aũt(neq; enĩ fuga ſuper ulla pericli).Et o mihi ſola mei ſuper aſtia
nactis imago.Item & ultra ſignificat:ut ſuper garamantas & indos:proferet im/
perium. Pro ꝑpoſitio ſignificat porro:ut cũ ꝓfundũ dicimus pelagus:cui por/
ro ſit fundus:ut Hinc altas cautes proiectaq; ſaxa pachini:& ꝓiecto dum ede le/
uo aptat ſe pugnæ:ſignificat & ante.ut ſoli ꝓ portis Meſapus & acer Atinas:ſu/
ſteutãt aciẽ & cum ꝓ nauium: ꝓconſona & ꝓſcænium diximus locum:q eſt ante
ſcænam.Itẽ ꝓdere ante dare ſignificat:ut ꝓdere patriam dicit.Modo porro da/
re & ꝓpagare:ut Italiam regeret:genus alto a ſanguine teucri proderet.Mõ in ꝑ
poſitione:ut cũ dicimus ꝓ roſtris: ꝓ tribunali:ut apud Virg.Hirſutumq; ſuperci
lium.ꝓmiſſaq; barba:ideſt imiſſa:& ꝓ eo quod eſt αντι apud græcos ut cum dici
mus ceruam:pro yphigenia:& ꝓ dulci Aſcanio ueniat:& ꝓ eo quod eſt ὑπερ ut
Vnũ illud tibi nate dea proq; oibus unum ꝑdicam.Ex & ab ꝑpoſitiones ſi ſequẽs
uerbũ a uocali incipiat:integre efferuntur:ut ex oppido:ab illo:ſi conſonantes ſe
quent:extremam lrãm ꝑdunt:ut:e foro:a marco.Similiter ſi uocalis ſequat cõ/
ſonantis loco poſita:ut a Iunõe:e uirtute:e uino.Has præterea prępoſitiones ut
quibuſdã uidet:non idẽ unũq; ſignificant nec enim unum eſt:ex theatro uenire:
& a theatro: ex theatro ſe uenire dicit:qui ex ipſo uenit theatro: qui uero dixit a
theatro:nõ ex ipſo theatro:ſed a loco q ꝓximus eſt theatro.His præpoſitionibus
contraria poteſtate ſunt:ad:&:in:quæ & ipſæ non unum idemq; ſignificant:quia
in forum ire:eſt in ipſum forum intrare:ad forum autem ire in locum proximum
foro:ut in tribunal & ad tribunal uenire:non unũ eſt:qa ad tribunal uenit litiga/
tor:in tribunal uero:ꝑtor:aut iudex. De Coniunctione. Cap. VIII.

COniũctio eſt pars orationis indeclinabilis copulans ſermonẽ & coniũ-gens:uim: & ordinem partis orõnis. Nam ab hoc meruit nomen: quia pro uinculo interponitur orationi laxum enim & diffuſum ſermonem more cathenæ interpoſita deuincit:Palemon eã ita finiuit. Coniunctio eſt pars orationis innectens ordinanſq; ſententiam. Coniunctionum quædam ſunt principales:aliæ ſubſequentes:aliæ mediæ: Mediæ:quibus utralibet parte poſitis ſine uicio coniungitur oratio:Principalis eſt coniunctio ut:Sed qui te uiuum caſus age fare uiciſſim. Nam ille ordo ubi poſtponitur poeticus eſt:per anaſtrophen factus:ut:Ipſa ſed inſomnis inhumati uenit imago. Subſequens eſt:quæ media eſt. Coniunctioni accidunt tria: figura:ordo : poteſtas. Figura eſt:qua apparet:an ſimplex ſit. utnam:an cõpoſita:ut namq;.Ordo coiunctionum tripli ci genere ſeruandus eſt. Primo quo apparet utrũ præpoſitiua ſit: ut nam:an ſub iunctiua ut:que:uel:quæ præponi & ſubiungi poſſit:ut itaq; namq;. Poteſtas coniunctionum in quinq; diſtributa ſpecies diuiditur. Sunt enim copulatiuæ: diſiunctiuæ:expletiuæ cauſales : rationales. Copulatiuæ hæ:&: quæ:at:aſt:atq;. At hæc particula cum coniunctio eſt: per t ſcribitur: cum præpoſitio eſt per.d diſiunctiuæ aut:uel:nec:neq;:an:ne: neu:neue. Expeletiuæ quidẽ equidẽ:quoq;: autem:tamen: por ro:profecto deinde: ſaltem:nimirum uero. Cauſales:ſi:& ſi: etiam:ſi.tamen:tametſi:ſiquidem: quandoquidem: quoniam: quinetiam:ſin:ſin-etiam:ſeu:ſiue nam:namq;:niſi:ni:præterea:enim:etenim:ſed:quia: quando : Hæ coniunctiones quia & quoniam:hoc diſtant;quia referentis eſt:& quoniam iterantis poſt interrogationem alicuius: eo:ideo:iccirco:propterea: hæc ubi cauſa redditur rerum:coniungere orationem ſolent.Ita non dedit quia non habuit.Si: coniunctio & ſimplex & compoſita producitur:ſed propoſitiua quædam particula:ut ſiquidem:ſuppoſita uero corripitur ut niſi:rõnatiuæ: ſed quamobrẽ præ ſertim:itẽ:iteq;: ſiue:cæterũ:alioqui:atqui: enim:etenim: enimuero: quia: qua propter:propter:quippe:quonian: qm̃ quidem: ergo:ideo:adeo:ideoq;: ſcilicet: propterea:quare: quo circa:quippe:utpote:ſane:uidelicet:itaq;:q̃uis:licet: q̃q;:q̃ do:graui accentu:quatenus:quãdoquidẽ. Dictæ ſunt rationatiuæ quod quãq; rem præpoſita ratione confirmant in hunc modum.Lucet:igitur dies eſt. Nam hic ratione collegit lucem eſſe:quod dies eſt:ſeu diẽ ideo eſſe: quod lux eſt.Sunt aũt præterea ut ait Pli.illatiuæ hæ:quãquã:quãuis:tametſi.Item finitiuæ dicuntur hæ:dum:quãquam:anteq̃:poſtquam quatenus.Item optatiuæ:utinã:ne:uelim.Subiunctiæ etſi:& quæ ab eo cõpoſita ſunt: tametſi:antequã: donec:quamuis:dummodo:licet:poſtquam:priuſquã: donicum pro donec accipitur:aut pro dũmodo:nec te moueat ſi quædam eſſe ea aduerbia coniunctiones recognoſces. Sunt etiã dictiones quas incertũ eſt utrũ coniunctiones an præpoſitiones an aduerbia nominemus:quæ tñ oĩ ſenſu facile dinoſcunẽ. Nam & coniunctiones ꝓ aliis coniunctionibus poſitæ inueniunẽ poteſtate mutata. Sunt aliæ ad aliquid relatiuæ:ut ait idem Pli.ſiue cõparatiuæ: magis: potius: immo. In hunc modum hic erat immo ille uel potius ille. Idem ait comparandi poteſtatem habere tanquam : ſed hæc uidentur aduerbia magis ſimilitudinis : ut tanquam bonus amicus:& tam ille q̃ is. Et coniunctio id ualet quod:q;:ſed hoc differt:quod hæc non modo ſubiungitur ; ſed etiam præponitur: modo geminatur: ut qui fœdere certo:Et ꝑmere:& laxas ſciret dare iuſſus habenas: modo ſimpliciter.elata ſed figu-

rata:ut labitur unda uadis:abies mirant̃ & undæ:mirat̃ nemus.Modo interroga
tiua:ut.Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa uidendi? Modo indignatiua:& qſq̃
numen Iunonis adoret. Modo confirmatiua ut.Et dubitamus adhuc uirtutem
extendere factis:Modo cauſalis.Et gens illa qdem ſumptis non tarda pharetris.
Modo adiũctiua & promiſſiua ut.Dic qbus in terris & eris mihi magnus Apol-
lo.Modo adiectiua ꝑ etiam:ut quoq; iphitus æuo:Iam grauior:pellias & uulne-
re tardus Vlyxi. Modo ordinatiua:ut:frigentis & ungũt.Modo ſuperlatiua ut.
Quicqd id eſt:timeo danaos & dona ferentes.Modo diminutiua per gradus.Fœ
lix q potuit rex cognoſcere cauſas.Fortunatus & ille deos:q nouit agreſtes. Aut
coniũctio dubitatiua:ſi geminet̃ habet poteſtatem:quæ dicit:aut librũ uolo:aut
preciũ:utrũq; ex æquo deſiderare ſignificar.Aut pelago danaum inſidias:ſuſpe-
ctaq; dona præcipitare iubet:ſubiectiſq; urere flãmis.Aut terrebrare cauas uteri
& tentare latebras.Submerſas ue obrue puppes.Aut:ſi ſemel pronũciat̃ diminu
tiua eſt:& gradũ habet ad inferiora tendentem:ut dicimus eũ libr̃ uolo aut pre-
cium:ut ſi liber quem potiſſimũ uolo minime reddat̃.tum quod ſecũdũ: preciũ:
ut in cute uim uentis:& diſiice corpora ponto:aut age diuerſas. Nam furens Iu
no & irata quod potiſſimũ graue petebat:optauit:deinde quod ſecundũ. Huius
coniunctionis qualitates ſunt multæ:modo coniũctiua eſt:cum dicimus: aut da
mihi:aut rapio:ut nymphæ noſter amor lybetrides:aut mihi carmẽ.Quale meo
codro concedite proxima phœbi. Verſibus ille facit:aut ſi non poſſumus oẽs.
Modo hortatiua eſt:ita:aut tu magne pater diuũ miſerere:ut eſt dictum:& illud.
uel tu quod ſuperem infeſto uulnere morti.Si mereor dimitte.Modo coniũcti-
ua:pro &:ut Moliri ue moram:aut ueniendi poſcere cauſas. Et pro:q;:ut liqdas
coruis preſſo ter gutture uoces.aut quater ingeminant:pro quaterq;.Modo pro
ſeparatiua:ut aut onera accipiũt uenientũ:aut agmine facto. Item Media inter
cornua fudit:aut ante ora deũ pinguis ſpaciat̃ ad aras.i.modo fundit:modo ſpa-
ciat̃.Item ſemineces uoluit multos:aut agmina curru poterit:aut raptas fugien
tibus ingerit haſtas.

¶De Interiectione. Cap. IX.

INteriectio eſt pars or̃onis affectũ mentis ſignificans uoci cõdita.Inter
iectioni accidit ſignificatio:tantũq; aliis partibus or̃onis interiacẽs in-
ſeri ſolet.Hæc uel ex conſuetudine:uel ex ſequentibus uerbis:uariũ af-
fectũ oſtendit exultantem ſignificat:ut euax:aut uoluptatem:ut uah:aut dolen-
tem ut ue:aut lugentem:ut heu:aut timẽtem:ut hei:at at:aut admirantem:ut pa-
pe.aut arridentem:ut ah ah:aut hortantem:ut eia age agedũ:aut iraſcẽtem:ut:ne
fas proh nefas:aut laudantem:ut euge:aut uitantem:ut apage:aut uocantem:ut
eho:aut ſilentiũ:ut ſi aut ſi.Ironiam:ut hui:aut intentius aliqd demonſtrantẽ: ut
.n.aut ex improuiſo aliqd deprehendentem:ut at at:& ſi qua ſunt ſimilia:quæ af-
fectus potius q̃ obſeruationes artis indicant:ſunt plurimæ dictiones:ut he⁹:heu:
eia:en:certe inter aduerbia & interiectionem etiam a ſe partes orationis pro in-
teriectione ſingulæ plures ue ponuntur:ut eſt en ellum amabo:nefas proh nefas
malũ:miſer̃ nefandũ.Has enim ut aſſerunt multi:in qbuſdam locis interiectio-
nes eſſe:ipſe declarat affectus:& fere quicquid animus orationis inſeruerit:quo
detracto textus integer reperitur numero interiectionis accedit.Interiectionem
græci inter aduerbia poſuerũt:latini ideo ſepararũt:qa huiuſcemodi uoces non
ſtatim ſubſequuntur uerbum:& late multiplex interiectionis cauſa conſiſtit.Me

moria eſt uelox animi & firma perceptio:cuius facultatem fouet exercitatio le/ctionis:enarrationiſq; intentio:ſtyli cura:redditio ſolicita:& diligẽs iteratio:atq; repetitio frequens.

DIOMEDIS LIBER SECVNDVS INCIPIT.

¶De uoce:& litteris indifferenter. Cap. I.

IN Primo libello ſermonis uniuerſa mẽbra:quę prima le gentibus artis grãmaticæ ſtudia pcipua eſſe uidebant̃ p qlitate ingenii puto me ſatis expoſuiſſe:nec ullius fugere ſciam arbitror totã loquẽdi materiã:diſputandiq; ſubſtan tiã ptibus oronis adminiſtrari.In hoc uero qd eſſet gram matica:& quibus aliis adminiculis inſtruamur: explicabi mus.Vox eſt ut ſtoicis uidet̃ ſpũs tenuis auditui ſenſibi/lis:quãtũ in ipſo eſt.Fit aũt uel exilis aurę pulſu uel uerbe rati aeris actu oĩs uox aut articulata eſt:aut confuſa: Arti culata eſt rõnalis hoĩum loquelis explicata.eadem & lr̃alis uel ſcriptilis appel/lat̃:quia lr̃is comprehendi põt.Confuſa eſt irrationalis uel inſcriptilis ſimplici uo cis ſono aĩalium effecta:quæ ſcribi non poteſt:ut eſt equi hinitus:tauri mugitus. Quidam ẽt modulatam uocẽ addidere:tybiæ uel organi:quæ q̃q̃ ſcribi non poſ ſit:habet tñ modulatã aliquã diſtictionẽ.Vnde qdam tria uocis officia deſignãt: eloqum:tinnitũ:ſonũ.Eloquium eſt humanæ pronunciationis expreſſa ſignifi/catio facilem mentibus exprimens intellectum.Tinnitus eſt fabricatæ materiæ illuſio tenui ſono:auditionem augens.Sonus eſt corporalis colliſio repentinum auribus inferens fragorem:quid ꝙ ueteres oẽs ſonos:uoces dixerunt:ut fractaſq; ad littora uoces.Ars eſt rei cuiuſcũq; ſcientia:uſu:uel traditione:uel rõne præce/pta tendens:ad uſum aliquem uitę neceſſariũ.Tul.hoc modo eam diffiniuit.Ars eſt præceptionum exercitaꝝ conſtructio:ad unũ exitum uitæ utilem pertinenti um.Ars dicta uel ꝙ arcto præcepto ſingula diffiniat:& uelut uias quaſdã oñdit: uel αωοτης αρετησ:unde ueteres attẽ pro uirtute appellarunt. Artium genera ſunt plura:quaꝝ grãmaticæ ſola litteralis eſt:ex qua rhetorice & poetice conſi/ſtunt.Iccirco lr̃alis dicta:quod a lr̃is incipiat.Et.n.grammaticus latinæ lr̃atus eſt appellatus:& grãmatica lr̃atura:quæ formam loquendi ad certam rationem di/rigit.Diffinitio eſt oratio:quæ id de quo quæritur aperte deſcribit & determinat Cice.ſic eam diffinit.Diffinitio eſt oratio:quæ qd ſit de quo quærit̃:oñdit q̃ bre/uiſſime. Littera eſt pars minima uocis articulatæ:ab elemẽto incipiẽs una figu/ra notabilis:Scaurus ſic eam diffinit.Littera eſt uocis eius:quæ ſcribi poteſt:for/ma. Elementũ eſt minima uis & indiuiſibilis materia uocis articulatæ:uel uniuſ cuiuſq; initium:a quo ſumitur incremẽtum:& in quod reſoluit̃.Huius figura:lit tera uocatur:& ſunt omnes figuræ litterarum numero.xxiii. Sed harum pote/ſtates:quas elementa nominamus:plurimæ intelliguntur. Litteras etiam uete/res elementa dixerunt:ꝙ orationem uelut quædam ſemina conſtruãt:atq; diſſol uant.Et.n.differt utrum quis dicat elementum an litteram per ſe:quia elementũ qdem eſt uis ipſa & poteſtas.Lr̃a aũt figura eſt poteſtatis:a uero nomẽ eſt:& pote

ſtatis & figuræ. Igiť elementum intelligitur: littera ſcribitur & nominatur: Lit-
tera dicta quaſi legittera: quia legiť uel ꝙ legentibus iter oſtēdit: uel a litura quā
patiť: uel ꝙ legendo iterať. Accidunt unicuiq; litteræ tria: nomen: figura: & po
teſtas. Nomen eſt qđ dicitur uel ꝓnunciatur: figura cū ſcripta aſpiciť uel notať.
Poteſtas eſt: qua uel rōne metrica. i. cū ad proprietatem ſuam a reliquis ſegregať.
Litteræ quibus utimur ſunt tres &. xx. Hæ ſunt: a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x
y z. Harum differentiæ ſunt tres. Prima differentia in litteris: qualitates habet
duas: qđ aut latinæ ſunt aut græcæ: latinæ ſunt una &. xx. græcæ duæ y z quæ in
uſum noſtrum ꝓpter noīa græca uenerunt. Ex his uocalis eſt y. Nam & in ea ob-
ſeruare debemus quæcunq; uocalibus obſeruanť: z ſemiuocalis eſt: Secūda dif-
ferentia in lr̄is qualitates æque duas hēt: ꝙ aut uocales ſunt: aut conſonantes.
Item conſonantiū: quædam ſemiuocales: quędā mutæ. Vocaliū poteſtates ſunt
duæ. Quædam pronūciatæ ſingulæ ſyllabas faciunt & ꝓferunť. Quædā conſo
nantibus iunctæ ſyllabam faciūt. Vocales ideo dictæ ꝙ ad ſcribendas uoces ar-
ticulatas neceſſariæ habenť: has qdam ſonantes appellāt: ſunt autem numero q-
dem qnq; a e i o u. poteſtate aūt ſeptem: ſi quidem e & pro ε & pro η & pro η græ
cis poniť. Nāq; e breuis eſt ſcriptura pronūciatione longa: ut: conticuere: & μη-
νια: & o pro ο & pro ω græcis ſimiliter pōiť: ut rapti ganymedis honores. Ex his
igiť uocalibus i & u tranſeūt in conſonantiū poteſtatem: cū aut ipſæ inter ſe ge-
minanť: ut Iuno uita: & quando aliis uocalibus explicanť: ut uates: uelox: uox:
ianus: iecur: ita tamen ut quæ prior expoſita fuerit: uicem & uim conſonātiū obti
neat: hæ etiam mediæ dicunť: qa in qbuſdam expreſſum dictionibus ſonum non
habent: ut uir optimus: extra quam formam: u: littera interdū nec uocalis: nec cō
ſonans habeť: cum inter: q: lr̄am conſonantem & aliam uocalem cōſtituiť: ut qm̄
quidem: huic. Item digāma aſcribi ſolet: ut cum ſibi ipſa præponiť: ut ſeruus: uul
gus: lr̄am geminari in una ſyllaba poſſe plurimi negant: latinæ uocales omnes &
corripi & produci poſſunt: atq; his ſolis aſpirari qdam exiſtimant. Conſonantes
aūt ſunt. xvi. b. c. d. f. g. h. k. l. m. n. p. q. r. s. t. x. & adiecta. z. quæ græca eſt: fiūt. xvii.
Nā & in ea conſonantiū ſonū obſeruare debemus. Cōſonantes appellanť ꝙ inter
dū ꝓiectę: interdū ſubiectæ uocalibus conſonant. Tertia differentia in lr̄is: qua-
litates hēt tres: ꝙ aut ſemiuocales ſunt: aut mutę: aut duplices. Semiuocales ſunt
vii. f. l. m. n. r. s. & x. ſed adiecta. z. octo fiūt. Ex his. x. duplex eſt: antequā inuētā. g.
&. s. uel. c. & s. ueteres ſcriptitabāt: & adiecta. z. fiūt duo: ſed hæc græca admiſſa:
græcoꝝ noīum cā: ꝓ hac ueteꝝ qdā. i. uocalē nōnulli duas: ſſ: ponere ſolebant un̄
iugū dictū eſt: quaſi ιυγον & Iuppiter uelut ζευσ pater: & meſſentius: & pitiſſa-
re: & tabliſſate &c. hmōi uſum: ueteres declarabant: liquidæ. iiii. l. m. n. r. ex qbus
l. r. ſubiectæ mutis cōes ſyllabas faciūt: & s lr̄a: ſuæ cuiuſdam poteſtatis eſt. Ideo
apud græcos monadicon appellať: quæ in metro plerūq; uim cōſonātis amittit.
Item ex illis. f. littera ſupponiť liquidis: quēadmodū muta quælibet: & cōmunē
ſyllabā facit. Semiuocales dictæ quia dimidiū eius poteſtatis habēt: etenim in-
ter ſe enūcianť ſed ꝑ ſe: ſyllabā nec plenā uocē faciunt. Mutæ ſunt quæ ſine auxi-
lio uocaliū nō poſſunt enunciari. Mutæ ſunt quæ nec ꝓferri ꝑ ſe poſſunt: nec ſyl-
labā facere. Sunt aūt numero nouē. b. c. d. g. h. k. p. q. t. Ex his: quibuſdam ſuperua
cuæ uidentur. k. & q. ꝙ. c. littera haꝝ locum poſſit implere: ſed inuenimus in Ka-
lendis & in quibuſdam ſimilibus nominibus ꝙ. k. neceſſario ſcribitur: & ꝙ. q. con

ſuetudine ſcribitur:cum in una eademq; ſyllaba u littera antecedat:& habeant ſi
bi adiūctam uocalem:ut quærimus:h quoq; interdum conſonans interdū aſpira
tionis creditur nota. Hæc ſi c mutæ ſubiecta fuerit χ notat græcā ſi p præpoſita
fuerit φ ſignificat.Item ſi r præpoſita fuerit aſpirationi pro ρ ponitur græca:ſicut
p & s ſimul poſitæ ψ græcam aſſerunt litteram. Cæterū h uocalibus nunquam
ſupponit̄:niſi in interiectioni:ah.quæ turbantis uel dolentis oſtendit affectum:
g noua eſt conſonans:in cuius locum:c:ſolebat apponi:ut hodie cū Gaium Cæ-
ſarem notamus ſcribimus.C.Cæſarem.Ideoq; poſt b litteram.i.tertio loco dige-
ſta eſt:ut apud græcos c poſita reperitur in eo loco.Mutæ dictæ ꝙ per ſe ſine ad-
miniculo uocalium non poſſunt enūciari.Ita fiunt omnes qualitates litteraꝝ nu
mero.vii.ꝙ latinæ ſunt:aut græcæ:aut uocales:aut conſonantes:aut ſemiuoca-
les:aut duplices:aut mutę:& hoc ſcire debemus ꝙ f littera tantū ſcribitur cum la
tina dictio ſcribitur:ut fœlix.Nam ſi peregrina fuerit:p & h:ſcribimus:ut phœ-
bus.phæton:q̄dam latino ſermone.x.&.vii.litteras crediderūt:ſi quidem ex.xx.
&.iii.una aſpirationis nota eſt h:una duplex.x.duæ ſuperuacuę k & q:duæ græ-
cæ y & z.ſ.tū ſcribimus:cū latinus eſt ſermo:nam peregrinis.p.h.poſuimus.Vo-
calis dichronos per ſe facit ſyllabas & breues & lōgas.Itēq; connexa cū aliis tam
præpoſita q̄ media finienſq; ut a:hala.Nota etiam prænominis cū aulū ſola ſigni
ficat.b.conſonans muta tam præponitur uocalibus q̄ ſubiungitur:præponitur
& ſemiuocalibus:ut bleſo:bracūq; propinqua p litteræ:qua ſæpe mutat̄ ut ſup
ponit opponit.c.conſonans muta:tam præponitur uocalibus q̄ ſubiungitur:ut
caput:accepit:concidit:occidit:c:nota eſt prænominis:cū ſola Caius notat.Item
numeri:cum centū ſignificat.d.conſonans muta:tam præponit̄ uocalibus q̄ ſub
iungitur litteris conſonantibus:numero.vii.his.c.g.l.p.r.s.t.quæ ſuccedūt in lo-
cum eius:ut accipe:aggero:alligo:appete:arripe:aſſide:attende. Nota præno-
minis:decium ſignificat.Item numerū:cum quingentos ſcribimus:e uocalis di-
chronos per ſe nominata.Itemq; cū aliis iūcta:& breuis facit ſyllabas & longas.
F.conſonans ſemiuocalis:præpoſitiua:quæ ſola ex ſemiuocalibus præponitur
liq̄dis:quemadmodū muta quælibet:& communem ſyllabam facit:ph in græcis
duntaxat nominibus utimur:ut phaethon. Tam incipit in ſyllaba præpoſitiua
uocali q̄ ſemiuocali:uocali ut flagellū.Item ſubiunctiua uocali:ut officit efficit
G.conſonans muta præpoſitiua:quæ tā ſupponit̄ uocalibus q̄ ſubiungit̄:ut ag-
gero præponit̄ & conſonantibus:ut agmine magno gregem glire.H.conſonans
muta proprie cōtinens aſpirationem:ſubiūctiua.r.liquidæ conſonantis:recepta
uulgo in numeꝝ mutarum:omnibus uocalibus præponitur:nulli ſubiungitur
niſi conſonantibus:ut in Thracia:& nominibus græcis.i.uocalis dichronos:quę
interdum media geminatur:& prępoſita ſibi aut alteri uocali tranſit in conſonan
tium poteſtatem.Nota numeri:cū unum ſignificat.k.conſonans muta ſuperua-
cua utimur:quando a correpta ſequitur:ut kalendæ:kaput:kalumniæ.L.conſo-
nans ſemiuocalis liquida:quæ tam præponitur uocalibus q̄ ſubiūgitur:præpo-
nitur:ut laudo:lege:lites:locum:& his ſimilia ſcribimus.Item ſubiūgit̄ cōſonan-
tibus:ut Claudiū:clementemq;:& Clodium:cluſiumq; nominamus.Nota præ-
nominis:cū ſola poſita Lucium ſignificat.Item numeri:cū pro quinquaginta po
nitur:nam ſubiūgitur tanq̄ alma.M.conſonans ſemiuocalis liq̄da:tam præponit̄
uocalibus q̄ ſubiūgit̄:cū agmina:fragmenta:dicimus. Nota prænominis:cum

ſola ſcripta:marcum ſignificat. N. conſonans ſemiuocalis liquida:tā præponitur q̄ ſubiungitur: uocalibus:ut natus ante. Item ſubiungiť mutis. ut gnidius potnia des: cidnus. Nota prænominis ſola numeium ſignificat. Itē præpoſita ſibi.g.gneum:quē antiqui. CN.c.ſcribunt. O. uocalis dichronos tam ꝓducitur q̄ corripitur:& ſingularis:& cū aliis copulata. P. cōſonans muta:tā præponitur uocalibus q̄ ſubiungitur:ut in his ponit præponit. præponiť etiā cōſonantibus ut plaudit. Nota præponimus: cū ſola publiū ſignificat: & cum.r.poſita:populū Romanū: & ſubiecta.r.litteræ:remp. & præpoſita.c.litteræ: patres conſcriptos. Q. conſonans muta ex.c.&.u.litteris cōpoſita ſuperuacua:qua utimur quando.u.& altera uocalis in una ſyllaba iungitur: ut quirinus. Nota prænominis: quintū ſignificat. Itē honoris: quæſtorē indicās: nec minus populū. Cum ea notamus quirites. R. conſonans ſemiuocalis liquida præpoſitiua: & eadē ſubiunctiua uocalibus:ut Roma:ramus:arma orbis. Itē conſonātibus ſubiungitur:ut incraſſo:crure. prudēter. H. quoq; conſonanti uel aſpirationis notæ:ut rhodius:ſed in græcis duntaxat nominibus. S. conſonans ſemiuocalis: ſuæ cuiuſdā ꝑtātis præpoſitiua uocalibus & ſubiūctiua:ut ſatis:aſper. Itē præpoſitiua.t.conſonanti tm̄: ut ſtatus T. conſonans muta ꝑpoſitiua liquidaꝝ & uocaliū:& eadē ſubiunctiua.p.c.s.conſonātiū ut cteſipho: ſtichus:trabea & ætna. Nora prænominis cū ſola titū ſignificat.t.littera tā præponiť uocalibus:q̄ ſubiungiť:ut tulit:attulit. Præponitur & cōſonantibus ut trabe. V. dichronos uocalis media quæ geminata digāma accipit:& præpoſita ſibi aut alteri uocali trāſit in conſonantiū poteſtatē. ut uulgus ualēs:uiuit:uelox:uox. Nota numeri:quinq; ſignificat. X. littera cōpoſita: quam ideo duplicē dicimus: qm̄ cōſtat ex.c.&.s.litteris: in media tm̄ parte locutionū: uocalibus apud nos præpoſita:ut maxime maximo: aliquādo finiens ut uertex: frutex. In peregrinis tm̄ nominibus pria ponitur:ut in xantho: xenone. Nota numeri:cū decē ſignificat: Itē.x.conſonans ſemiuocalis duplex: quæ cōſtat aut ex.c.&.s.ut pix picis:aut ex.g.&.s.ut rex regis. Sunt nomīa:in quibus neq;.g.neq;.c. poſſunt ꝓferri:ut nix niuis:ſenex ſenis: Hæc aūt nomina: priuilegio quodā cuntra rationē declinantur. Y. uocalis dichronos græca: quæ propter græcas dictiones admittitur:ut Hymeneus: Cirus: Hylas. Z. conſonans ſemiuocalis duplex: græca etiam: propter græca uel barbara nomina admittitur:ut Zenon: Mezentius:gaza. pro hoc ueteres duabus.ſſ.utebanť:ut meſſentius:& pitiſſo & tabliſſo.

De Grammatica:ac eius partibus. Cap. II.

GRāmatica eſt ſpecialiter ſcientia exercitata lectionis & expoſitionis eorū:quæ apud poetas & ſcriptores dicūtur:apud poetas:ut ordo ſerueť. apud ſcriptores:ut ordo careat uitiis. Grāmaticæ partes ſunt duæ. Altera quæ uocatur exegetice:altera horiſtice. Exegetice eſt narratiua:quæ pertinet ad officia lectionis. Horiſtice eſt finitiua:quæ præcepta demonſtrat cuius ſpecies ſunt hæ:partes orationis: uitia uirtuteſq;. Tota autem grāmatica cōſiſtit præcipue intellectu poetaꝝ:ſcriptoꝝ:& hiſtoriaꝝ ꝓ̄pta expoſitione:& in recte loquendi ſcribendiq; ratione. Grāmaticæ officia ut aſſerit Varro conſtant in partibus quattuor:lectione:enarratione:emendatione:iudicio. Lectio eſt artificialis interpretatio uel uaria cuiuſq; ſcripti enuntiatio: ſeruiens dignitati perſonarum:exprimenſq; animi habitum cuiuſq;. Narratio eſt obſcuroꝝ ſenſuū quæſtionū uel explanatio:uel exquiſitio:ꝑ quā uniuſcuiuſq; rei q̄litatē poeticis glo-

ſulis exoluimus. Emendatio eſt qua ſingula prout ipſa res poſtulat: dirigimus: extimãtes uniuerſoꝝ ſcriptoꝝ ſentẽtiã diuerſam: uel correctio errorũ: qui p ſcripturã dictionẽ ue ſiũt. Iudiciũ eſt: quo omnẽ orationẽ recte uel minuſq̃ recte pnunciatã ſpecialiter iudicamus: uel exiſtimatio: q̃ poema cæteraq; ſcripta ppendimus. Grãmaticę initia ab elemẽtis ſurgũt: elemẽta figurant̃ in litteras: lr̃æ ĩ ſyllabas cogunt̃. Partes or̃onis cõſumãt orationẽ. Oratione uirtus ornat̃. uirtus ad euitanda uitia exercetur. De Syllaba tantum. Cap. III.

Syllaba eſt proprie cõgregatio aut compræhẽſio litteraꝝ enuntiata. Fit autẽ ex omnibus uocalibus: etiã ex ſingulis ſyllaba tam breuis q̃ longa: & ex copulatione uocaliũ conſonantiũq;: temporꝝ capax. Syllabæ aũt dicunt̃ græce παρα τοσ υλλαμ βανειν τα γραμματα latinæ cõnexiões: uel conceptiões dici poſſunt: q litteras cõcipiant atq; cõnectãt. Syllabaꝝ modi ſunt tam duo natura & poſitione: quã tres qualitates. Aliæ. n. breues: aliæ longæ: aliæ cõmunes ſunt. Breues ſunt quæ correptã uocalẽ habent: & non deſinũt ĩ duas cõſonantes: uel in aliud: qđ poſſit p duabus cõſonantibus. Longæ aut natura ſunt: aut poſitione ſiunt. Natura cũ aut uocalis pducitur: ut a. o. aut duæ uocales iunguntur: ut au: eu: ae: oe. ei. hui. Ex his diphthongus ei: cum apud ueteres frequentaret̃: uſu poſteritatis exploſa eſt. Itẽ. y. græca potius q̃ latina eſt in græcis ſumenda dictionibus. Sed hæ quæ natura ſunt longæ: modis quinq; ordinant̃. Primo quãdo uocalis ſola eſt & pducit̃: ut eſt Ah ſilice in nuda cõnixa reliquit & dicit̃ is modus cõſtat natura. Secũdo cũ diphthõgus erit: de qua dicimus: cõſtat diphthongo: ut au: eu: oe: ae. Tertio quotiens ſuper cõſonantẽ eſt: ut en Priamus. & en ego uicta ſi tu: de qua dicimus: incipit. Quarto quotiens ſubter conſonantẽ eſt: ut. Ne pete cõnubiis: & dicit̃ is modus: ſic terminat̃. Quinto quotiens inter duas uel plures cõſonantes ponit̃ ut: ſol qui terrarũ: & dicitur is modus: habet in ſe. Poſitiõe longa fit ſyllaba modis. vi. Primo cũ correpta uocalis in duas definit cõſonantes. ut: eſt ĩ ſeceſſu lõgo locus. Altero cũ excipit̃ a duabus cõſonantibus: ut acriſiones danae. Tertio ſi deſinat in duplicẽ lr̃am: ut nox. Quarto ſi ſequens a duplici incipiat ut axis. Quinto ſi deſinat ĩ unã cõſonãtẽ & excipiatur a uocali loco conſonãtis poſita. u. uel i. ut at Venus: at Iuno. Sexto cum correpta uocalis deſinet & ĩterpoſita. i. excipiat̃ a uocali: ut furias Aiacis oilei. & Troiaq; nũc ſtares. & nate dea nã te maioribus &c. qm̃ inter duas uocales duaꝝ ſyllabarũ poſita. i. geminat̃. Sic enim ſcribi p geminatã litterã metri ratione deſiderat. Si quidem ptãtem tuet̃ duplicis cõſonãtis. Vocales correptæ ſingula obtinent tẽpora. pductæ bina. Dimidiũ tẽporis abſq; duplicibus ſingulæ poſſident cõſonãtes. Syllabæ ut ait Varro: aliæ ſũt aſpæ: aliæ lenes: aliæ pceræ: aliæ retorridæ: aliæ barbaræ: aliæ græculæ: aliæ duræ: aliæ molles. Aſperæ ſunt: ut trux: crux: trans: Lenes: ut lana lima. Proceræ ſunt q̃ uocalẽ longã habent aut penultimã: ut facilitas. Retorridæ ſunt: quæ mutã habent extremã: ut hic: hæc hoc: Barbaræ ſunt: ut gaza. Græculæ ut hymnos: zenõ. Duræ: ut ignotus. Molles: ut ædes. Cõis ſyllaba eſt lõga ĩ breuẽ uel cõtra certis obſeruationibus uerſa. Cõmuniũ ſyllabarũ modi ſũt vii. Primus eſt cũ correpta uocalis excipit̃ a duabus cõſonantibus: quarũ prior ſit muta: ſequẽs uero liquida. Breuis enim hæc eſt: Vaſtoſq; ab rupe ciclopas: & Albaniq; patres. Longa ibi. At genus e ſyluis ciclopũ e montibus: &c. & perpetuis ſoliti patres conſidere mẽſis. Syllaba enim quæ ſine hac obſeruatione pote-

rat eſſe poſitiōe lōga:breuis efficiť.F.quoq; littera ſi præpoſita fuerit liqdæ q̃uis ſemiuocalis ſit:mutæ tñ obtinens locū:breuiat:quæ poſitiōe fieri longa poterat: ut eſt:ore fremebant.& talia flāmato.Secūdus eſt cū locū breuis:longa occupat p: pductā uocalē:uel diphthōgū:finita pte orōnis:nec ulla interpoſita cōſonan te:ut eſt:Te Corydō o Alexi.& Inſulę Ionio in magno:ut eſt Homeric⁹ille ηκε τερωένιοικω εναργει τιλοοιωατρις. Item βουλετοι αντια σασ ημιν αωό λοιγον αμυναι. Tertius cū in fine ptis orōnis uerſsuice lōga ponit̄ uocalis:cor repta una interpoſita cōſonante:ut Emicat Euryalus & munere lætus amici.Itē oñdens artē pariter:atcūq; ſonantē.& Omnia uincit amor:ut eſt apud Homerū νεσορα λουκελαθεν ιαχη πινοντα ωερεμπησ. Quartus cū correptā uocalē duæ cōſonantes ſequunť:quaꝝ prior eſt.s.lra:quæ ſyllabæ ratione cōis:uelut ſi bilus poſita uim conſonantis amittit.Interdū enim liqdarum mutat legem.Siq dem illę ſubiūctiuæ mutis:utrāq; poteſtatem poſſident:hæc uero pluriū ſibi de fendit:non enim ſolū ſubiungiť:uerū etiam contraria præpoſita:loco liqdæ ſun gitur:ut eſt:Ponite ſpes ſibi quiſq;.& apud Luciliū:Infantibus paruis.ſic & Ho meri uerſus ille teſtatur.Quintus eſt cū correptam uocalem ſuſcipit z.duplex: quę poſitione longam poſſit efficere.uim plerunq; duplicis conſonantis amittit: ut nemoroſa zacynthos.Sextus eſt cum pronomen:hic uel hoc.c.littera termi nata:uocalis ſtatim ſubſequitur:quando in his pronominibus.c.littera craſſum: & q̃ſi geminatū cōtinet ſonū.Eſt enim in hoc tam pedis prima ſyllaba lōga:q̃ ter tia breuis.Hic uir:hic eſt tibi quem promitti ſæpius audis.Septimus eſt:cū cor repta uocalis in unam deſinit conſonantem:ſequente.h.quæ plæriſq; aſpiratio nis nota uideť:ut Terga fatigam⁹ haſta.Item Aeneam hominum quiſquam: ſed modus ſuperior:qbuſdam ſuperfluus uiſus eſt præcipue:& hic utimur:cum ſuf ficit finitam eſſe partem orationis ex his omnibus modis:uno dūtaxat uti admit tunt:qui ad metrorum rationem ſunt admodum perſpicaces.

De Accentibus & punctis. Cap. IIII.

Accentus eſt acutus uel grauis:uel inflexæ elatio orationis:uocis ue:ten tio:uel inclinatio:aut inflexo ſono regēs uerba.Nā ut nulla uox ſine uo cali:ita ſine accentu nulla eſt.& eſt accentus:ut qdam recte putauerūt: uelut aīa uocis.Accentus dictus eſt ab accanēdo:q; ſit quaſi qdam cuiuſq; ſylla bæ cantus.apud græcos ideo ωροσωδια dicitur q; ωροσαδειταισ συλλα βαισ.Accentus qdam faſtigia uocauerūt:q; capitibus lraꝝ ponerenť.alii teno res uel ſonos appellant.nonnulli cacumina retinere maluerūt.Sūt uero tres acu tus grauis:& q ex duobus factus eſt circūflexus.Ex his acutus in correptis ſem per:interdū productis ſyllabis uerſať.Inflexus in his:quę producunť.grauis aūt per ſe nunq̃ cōſiſtere in ullo uerbo poteſt:ſed in his qbus inflexus eſt aut acutus. Cæteras ſyllabas obtinet in græcis:itaq; dictionibus:cū acutus tria loca teneat: ultimū:penultimū:& antepenultimū.Circūflexus aūt quotlibet ſyllabaꝝ ſit di ctio:non tenebit niſi penultimū locū.Omnis igiť pars orōnis hanc rōnem pnun ciatiōis detinet.Oīs uox monoſyllaba aliqd ſignificās ſi breuis eſt acueť:ut mel: fel.& ſi poſitione lōga fuerit acutū:ſcilicet tenorem habebit:ut ars:pars:pix:nix: pax.Sin autem longa natura fuerit flectetur:ut lux:ſpes:flos:ſol:mons:fons: lis. Omnis uero diſſyllaba priorem ſyllabam:aut acuit:aut flectit.Acuit uel cū bre uis eſt utraq;:ut citus:latus:erat:uel cū poſitiōe longa eſt utraq;:ut ſolers:uel al

terutra poſitione longa dum ue natura longa ſit:ut pontus:poſterior: ut cohors.
Si uero prior ſyllaba natura longa & ſequens breuis fuerit:flectitur prior:ut lu-
na:Roma.In triſyllabis autẽ & tetraſyllabis & deinceps:ſecũda ab ultima ſem-
per obſeruãda ſit.hæc ſi natura lõga fuerit inflectit̃:ut Romanus:cethegus:ma-
rinus:criſpinus:amicus:ſabinus:quirinus:lectica.Si uero eadem penultima poſi
tione longa fuerit acuetur:ut catullus:metellus:marcellus.Ita tamen ſi poſitiõe
longa non ex muta & liquida fuerit.nã mutabit accentũ:ut latebræ:tenebræ:& ſi
nouiſſima natura longa:itemq́ penultima poſitione lõga fuerit:penultima tamẽ
acuet̃:non inflectet̃:ſic natura:ut fidenæ:athenæ:thebæ:cumæ:ut tabellæ:fene
ſtræ.Sin autẽ media aut nouiſſima breuis fuerit:prima ſeruabit acutũ tenorẽ:ut
Sergius:malius:aſſia:fiſcina:iulius:claudius.Si oẽs tres ſyllabæ longæ fuerint:
media acuetur:ut Romani legati:prætores:prædones.Pronoia quæ duplici mo
do declinant̃.i.aut corripiunt aut producunt:mediam ſyllabam:grõ caſu oñdũt:
ut ipſius:illius.Si uero mediæ longæ erunt:primæ graues:ſecundæ fiunt infle-
xæ:primæ acutæ ſunt:cũ mediæ breues.cum uero mediæ longæ:primæ graues.
Exponendum etiã placuit:qui pedes acuto tenore:aut circũflexo:iteratione ſu-
praſcripta congruunt.Omnis pars orationis:quæ poſſit meros pedes complere:
hãc accentus legẽ cõtinet.In diſſyllabis ſemper acuit̃:aut inflectit̃.Acuit̃ ſi pyr
rhichius cõpleuerit:ſicut puer:bonus:amor.Item ſpondeũ indifferenter poſitũ ſi
habuit.i.ſiue natura aut poſitione fuerit longa utraq́ ſyllaba prior acuit̃ natura
ſic:ut Cumæ:Thebæ:heros:poſitiõe:ut ſolers.Iãbũq́:ut Cato:ſeres.Trocheum
uero legitimũ ſi cõpleuerit:ideſt ſi natura longã priorem ſyllabam habuit:circũ-
flectitur:ut meta:bruma:prætor.Sin autem poſitione longa fuerit prior ſyllaba
memorati pedis acuitur:ut pulcher:aſper.In triſyllabis dactilus differenter po-
ſitus & anapeſtus.Tribrachus quoq́ tertiam ab ultima acui deſiderat.Dactilus
natura:q eſt ſicut:lumina:mœnia:ſidera:claudius.poſitiõe q ſit:ut Sergius.Simi-
liter anapeſtus:ut Cicero:regio.Item tribrachus:ut Iulius:palimbachius & am-
phibrachus in penultima circũflexum habebunt:ita tñ ut natura ſit lõga eadẽ pe
nultima.Palimbachius:ut romanus:legatus.Itẽ amphibrachus:ut cethegus:ſa-
binus:monile.Hoꝝ ſi poſitiõe longa fuerit eadẽ penultima mutat tenorẽ & acu-
tũ habebit accentũ.palimbachius:ut marcellus:amphibrachus:ut metellus:ca
tullus.Bachius & moloſſus indifferẽter poſiti penultimã ſemp acuũt:Bachius le
gitimus:ſicut:athenæ:fidenæ.poſitiõe:ut tabellæ:feneſtræ:huius autem pedis ſi
penultima:poſitiõe lõga ita fuerit:ut excipiat tã ex muta q̃ ex liq̃da accẽtus tranſ
fert̃ ad tertiã ab ultima:ut tenebræ:latebræ:qđ gen⁹ ſyllabæ penultimę:qdã oĩ-
bũ:& triſyllabum bachium:& ſcādiť ſic:Iamſa:tiſter:riſniuis:atq;:dirę.Q uartus q breuis eſt recipit ſtrophen & colon:& clariſicas dipodias appellať:& ſcandiť ſic dactylus ſpondeus.Terruit urbē.Aliis uero hoc metrũ his pedibus placuit cōſtare:hippio ſed & coriambo & bachio:& feritur ſic.Iamſatiſter riſniuiſat:q;dirę. Hoc metrũ catalecticũ eſt:qm̃ illi ſyllaba eſt quo minus poſſit rei: fieri κατα λι ωoλιαν.Tertia ode dicolos horatianũ metrũ habet:cuius prior uerſus cũ exglo tino recipit tres pedes:ſpondeũ Coriābũ & iābũ.Sic te diua potens cypri.Alter uero Aſclepiadeum habet:& penthemimeris appellať: ſpondeus dactylus ſemi pes dactylus ſic:Sed tres helenę:lucida ſydera.Q uarta ode dicolos metrũ plau ticũ habet: & cōſtat prior uerſus hexametro heroico & ex tribus trocheis: ſic dactylus ſpōde⁹ dactylus ſpōdei tres ſic.Soluiť.Acriſhy:emſgratauice ueris:& fa: uoni:Alter uero ex penthemimeri iambica & tribus trocheis ſic.Trahũtq; ſiccas machi:næca rinas.Q uinta ode tetracolos horatianũ metrum habet:& p quater nos uerſus ſcādiť.Nā ex duobus aſclepiadeis:& tertio pherecratio:& quarto gli conico cōſtat.Aſclepiadeũ ſcandiť ut ſupra diximus. Nā duæ pēthemimeres & duæ dipodiæ ſūt dactylicæ:ſic ſpōdeus dactylus ſemipes dactylus.Q uiſmul:ta graci:lis: tepuer: in roſa. ſic & ſecūdus pherecratiũ aũt eſt trimetrũ heroicũ ſpondeus.Grato pyrrha ſub antro.Itē glicōiũ:ex ſpōdeo & coriābo & iābo:ſic:Q uis fla:uā religas:comā.Sexta ode tetracolos horatianũ hēt.Cōſtat autē ex trib⁹ uer ſibus aſclepiadeis:de qbus ſupra dixius ſic:Scriberis:uario.fort:ſetho:ſtiũ:& q̃rto gliconio: conſtat aũt ſpōdeo & coriābo:ſic.Miles te duce geſſerit.Alii uero ca tatripodiā dactylicē ſcādunt ſic:ſpōdeus dactylus.Miles te duce geſſerit. Septima ode dicolos metrũ archilochium habet: quod conſtat hexametro heroico & tetrametro. Itē heroico & tetrametro. Item heroico a retico unus ſic ſpondeus dactylus ſpondeus ſpōdeus dactylus dactylus Lauda:buntali.icla:ramrho:don aut mity:lenen.Alter uero ſic: dactylus: dactylus:dactylus ſpondeus Antephe: ſumbi ma:ris uecho: rinthi. Octaua ode dicolos metrum habet anacreontium & alcaicũ:ſcādiť uero ſic.Anacreontiũ ex coriābo & bachio īterdũ & anapæſto: lidia dic per omnes.Itē alcaicũ conſtat ex hippio ſero & duobus coriambis & bachio ſic.Te deos oroſibarin.Cur properes amādo.Nona ode metro alcaico conſtat & ſcādiť per quaternos uerſus:nā duos catalecticos tertiũ hipercatalecticũ habet catalectici ſcādunť ſic:hippius tertius ionicus ανθωιονος & ſemipes Syluæ laborantes geluq;:quartus ſic:dactylus Coriambus bachius ſeu amphimachrus Flumina conſtiterunt acuto. Hoc metrũ ab Horatio cōpoſitum:Alio genere ſcandiť:quod conſtat ex tribus alcaicis primus & ſecundus uerſus ac penthemimere conſtat iambico & duobus dactylis. Tertius ex epitritis duobus & ſyllaba.Q uartus ex dimetro & heroico:& dimetro trochaico.Decima ode tetra colos ſapphicũ metrũ endecaſyllabum habet:& per quaternos uerſus ſcanditur: & bachio ſic:Mercuri facundæ nepos atlantis in hunc modũ ſunt ſequentes duo uerſus:quarto recipit ſtrophen uel nicen celicon climeteon:ſic dactylus ſpondeus Morepa:læſtræ. Vndecima ode phaleutiũ metrũ habet:& conſtat uerſibusq ſcandunť ſic:ſpōdeus dactylus ſemipes.Tu ne quæſieris ſcire nefas quē mihi quē tibi.Duodecima ode tetracolos ſapphicũ metrũ hēt:quod ut ſupradiximus ſcandiť.Q uē uirũ aut heroa lyra uel acri. Tertiadecima ode aſclepiadeũ metrũ hēt: & per binos uerſus ſcādiť.Alter pēthimemeres Appellať:ſpōdeus dactyli duo,

Cum tu lydia telephi. Q uartadecima ode aſclepiadeum metꝝ habet:& per quaternos uerſus ſcandiť: duo qui penthimemeres appellantur: & duo qui tripodia dactylice dicuntur.ſpondeus dactylus dactylus. O nauis referent in mare te noui. Q uintadecima ode idē metrum habet: & per quaternos uerſus ſcanditur ſed tres penthimemeres unū qui tripodia dactylice appellať: ſpondeus dactylus ſemipes:dactyli duo. Paſtor cū traheret pfreta nauibus. Sextadecima ode alchaicum metꝝ habet:quod ut ſupra diximus ſcandiť ſic:hippius tertius ſemipes choriābus Iābus. O mr̄e pulchra filia pulchrior. Alii ſic ſcanduntˊ ex alcaicis tribus: & conſtat unus ex penthimemere iambica:& dimetro heroico:eodē mō & alter. Tertius uero ex duobus epitritis tertiis & una ſyllaba. Q uartus qui ſtrophen claudit: conſtat ex dimetro heroico & dimetro trochaico. Septimadecima ode ſupra dictū metꝝ habet:& ſimiliter utroq; genere ſcanditur. Velox amœnū ſæpe lucratile. Octauadecima ode ſapphicū endecaſyllabū habet:quod conſtat ſpondeo & tribus coriambis & pyrrichio:Nullā uare ſacra uite prius ſeueris arborē. Decimanona ode horatianū metꝝ habet:& cōſtat ex gliconio & aſclepiadeo:q̄d ſupra ſcriptū eſt in ægloga pro ſeutice Virgilii. Alio aūt genere ſcanditur per binos uerſus:quoꝝ unus eſt tripodia dactylica: Alter pēthimemeres. Mr̄ ſcæua cupidinum. Vigeſima ode ſapphicum metꝝ habet: q̄d ut ſupra dixius Scandiť. Vile potabis modice ſabinum. Vigeſimaprima ode metrum horatianum habet: & per quaternos uerſus ſcandiť:quoꝝ duo cōſtat ex aſclepiadeis: tertius pherecratio:quartus gliconio. Alii uero ſic ſcādūt pēthimemeres: & duo tripodia dactylice Dianā teneræ dicite uirgines. Vigeſimaſecūda ode idem metꝝ habet:& ꝑ quaternos uerſus ſcandiť. Sed tres pēthimemeres: unū q̄ tripodia dactylice diciť:q̄ gliconio metro cōſtat: q̄s deſiderio ſit. Pudor aut modus. Vigeſimaquarta ode alcaicum metrum habet: quod ut ſupra diximus ſcāditur: Muſis amicus triſtic·ā & metus. Vigeſima quinta ode idē metrū habet:& ſimiliter ſcādiť. Natis in uſum lætitiæ ſiphis. Vigeſimaſexta ode hexametro & tetrametro dactylis conſtat. Te maris & terræ numeroq; carētis harenæ. Vigeſimaſeptima ode ſapphicū metrū q̄ ut ſupra diximus ſcādiť. O uenus regina gnidi paphiq;. Vigeſimanona ode metrū habet:quod ut ſupra diximus ſcanditur: Q uid dedicatum poſcit apollinem. Trigeſima ode ſapphicum metrum habet:ut ſupra diximus ſcanditur. Poſcimus ſiquid uacui ſub umbra. Trigeſimaprima ode aſclepiadeum habet metꝝ: & per quaternos uerſus ſcanditur:ex quibus tres penthimemeres:quartus tripodia appellatur. Albine doleas plus nimio memor. Trigeſimaſecunda ode alcaicum metrum habet:quod ut ſupra diximus Parcus deorum cultor & infrequens. Trigeſimatertia ode aſclepiadeum metrum habet:per binos uerſus ſcanditur:ex q̄bus unus. Tripodia dactylice:alter penthimemeres appellať. Et ture & fidibꝰ Iuuat. Trigeſimaquarta ode alcaicum metrū habet:quod ut ſupra diximus ſcanditur. Nunc eſt bibendum. Nunc pede libero. Trigeſimaquinta ode ſapphicum metrum habet:quod ut ſupra diximus ſcanditur Perſicos odi puer apparatus.

PRima ode alcaicum metrum habet:quod ut ſupra diximus. Scandiť motum ex metello conſule ciuium. Secunda ode ſapphicum metrum habet:quod ut ſupra diximus:Scanditur Nullus argento color eſt auaris. Tertia ode metrū alcaicum:conſtat ex penthimemere Iambica & duobus dactylis:Aequam memento rebus in arduis. Q uarta ode ſapphicum

metrum habet: quod ut ſupra diximus ſcáditur. Ne ſit ancillæ tibi amor pudo-ri. Q uinta ode ſapphicum metrum habet: quod ut ſupra diximus: ſcanditur. Septimi gades adit ure mecum. Sexta ode ſapphicum metrum habet: quod ut ſupra diximus: ſcanditur. Nondum ſubacta ferre iugum ualet. Septima ode alcaicum metrum habet: quod ut ſupra diximus: ſcanditur. O ſæpe mecum tempus in ultimum. Octaua ode ſapphicum metrum habet: quod ut ſupra diximus ſcãditur. Vlla ſi iuris tibi peierati. Nona ode ſapphicum metrum habet: quod ut ſupra diximus ſcandit̃: Non ſemp imbres nubibus hiſpidos. Decima ode alaicũ mettum habet: quod ut ſupra diximus: ſcanditur. Rectius uiues licini neque altum. Vndecima ode alcaicum metrum habet: qđ ut ſupra diximus ſcanditur. Q uid bellicoſos cantaber & ſcytes. Duodecima ode aſclepiadeum metrum habet: quod per quattuor uerſus ſcanditur. Nam tres penthimemeres. Q uartus dipodia dactylice appellatur: Nolis longa ferre bella numantiæ. Tertiadecima ode alcaicum metrũ habet: qđ ut ſupra diximus ſcandit̃. Ille ne faſto te poſuit die. Q uartadecima ode hoc idem metrũ habet: & ſil'r ſcandit̃. Heu fugaces poſtume poſtume. Q uintadecima ode ſapphicum metrũ habet: & ſil'r ſupioribus ſcandit̃. Ociũ diues rogat in patenti. Sextadecima ode habet metrũ alcaicum: quod ſil'r ſupradictis ſcandit̃. Cur me querelis examinas tuis. xvii. ode metrum habet quod ab Horatio cõpoſitum dr̃: & per binos uerſus ſcandit̃: ex qbus unus trochaicus trimeter appellat̃: alter pentameter. Iãbicus una ſyllaba dr̃: ſed uterq; pedem poſtremum debet habere lõgiorem. ſcanditur autem ſic. Nõ ebur neq; aurum. Item iambicus. Sic mea renidet in domo lacunar: accedente. ſ. Iambica lege: quam referemus in Epodon libro: cum Iambicos uerſus cœperimus exponere. Decimaoctaua ode alcaicũ metrũ habet: quod alcaici ſupradicti: modo ſcandit̃. Bacchum in remotis carmina rupibus. Decimanona ode alcaicũ metrũ habet. quod ut ſupra diximus ſcanditur ſic. Non uſitata nec tenui feræ.

PRima ode alcaicum metrum habet: quod ſil'r ſcanditur. Odi ꝓphanum uulgus & arceo. Secunda ode aſclepiadeum metrũ habet: ꝑ quaternos uerſus ſcanditur. Nã duo pẽthimemeres duo dipodia dactylice inſunt: Q uid fles aſteria quem tibi cãdida. Tertia ode ſapphicum: Martiis celebs quid agam Kalendis. Q uarta ode aſclepiadeum metrũ habet: & per binos uerſus ſcãditur. Nam unus tripodia dactylice: alter penthimemeres ineſt: Donec gratus eram tibi. Q uinta ode aſclepiadeum metrum habet: & per quaternos uerſus ſcãditur. Nam tres penthimemeres: quartus dipodia dactylice. Extremum tanain ſi biberes lice. Sexta ode ſapphicũ metrũ habet: quod ut ſupra diximus: ſcanditur. Mercuri nam te docilis magiſtro. Septima ode Ionicum metrum habet: & ꝑ ſingulos uerſus ſcanditur. Miſeratum eſt: neq; amori dare ludum. Omnes tres pedes Ionici ſunt qui. απολειτονος appellantur: Octaua ode aſclepiadeum metrum habet: & ꝑ quaternos uerſus ſcandit̃. Nam duo penthimemeres & duo dipodia dactylice inſunt. O fons blanduſiæ ſplẽdidor uitro. Nona ode ſapphicum metrũ habet: quod ut ſupra diximus ſcanditur. Herculis ritu modo dictus o plebs. Decima ode aſclepiadeum metrum habet: & per binos uerſus ſcanditur: Nam unus tripodia dactylice: alter penthimemeres ineſt. Vxor pauperibus hibici. Vndecima ode aſclepiadeum metrum habet: & per quaternos uerſus ſcanditur. Nã tres penthimemeres: quartus tripodia dactylice ineſt: Incluſam danaen turris æneæ

Duodecima ode alcaicum metrum habet:quod ut ſupradiximus ſcandit̃. Heli uetuſto nobilis ab:lamo. Tertiadecima ode ſapphicũ metrũ hẽt:quod ut ſupra ſcãdit̃.Faune nympharũ fugientiũ amator.Q uartadecima ode aſclepiadeũ metrum habet:& per binos uerſus ſcanditur.Nam prior tripodia dactylica : ſequẽs penthimemeres ineſt:Q uantum diſtat ab Inacho. Q uintadecima ode ſapphicum metrum habet: quod ut ſupra diximus ſcanditur. Non uides quanto moueas periculo. Sextadecima ode alaicum metrum habet:ut ſupra diximus ſcanditur.Ona te mecum conſule mallio. Decimaſeptima ode ſapphicum metrum habet quod ſcanditur ut ſupra.Montiũ cuſtos nemorumq; uirgo. Decimaoctaua ode alcaicum metrũ habet:quod ut ſupra diximus ſcanditur: Cælo ſupinas ſi tuleris manus. Decimanona ode aſclepiadeũ metrum hẽt: & p binos uerſus ſcãditur:Nam unus tripodia dactylice.alter penthimemeres ineſt. In tactis opulentior. Vigeſima ode hoc idem metrum habet:& ſimiliter ſcanditur. Vigeſima prima alcaicũ metrum hẽt:de quo ſupra dictũ eſt & ſcandit̃. Dixi puellis nuper idoneus. Vigeſima ſecunda ode ſapphicũ metrum habet:quod ut ſupra diximus ſcanditur. Impios parræ recinentis omen. Vigeſimatertia ode aſclepiadeum metrũ habet:quod ut ſupra diximus ſcanditur. Nã unus tripodia dactylice: alter penthimemeros in eſt.Feſto qui potius die.xxiiii.ode alcaicũ metrũ habet:quod ut ſupra diximus ſcanditur. Tyrrhena regum progenies tibi.xxv.ode aſclepiadeum metrum habet:quod ſingulis uerſibus ſcanditur pẽthimemeres appellat̃.

PRima ode aſclepiadeum carmen habet:& per binos uerſus ſcanditur. Nam primus tripodia dactylice quoniam penthimemeres ineſt.Intermiſſa Venus diu. Secunda ode ſapphicum metrum habet: quod ut ſupra diximus ſcanditur.Pyndarum.Q uiſquis ſtudet æmulari. Tertia ode aſclepiadeum metrum habet:& per duos pedes tripodia:& penthimemeris ſcanditur:Q uem tu uirum tetigeris ſemel. Q uarta ode alcaicum metrum habet: quod ut ſupra diximus ſcanditur. Q ualem miniſtrum fulminis alitem. Q uinta ode aſclepiadeum metrum habet: & per quaternos uerſus ſcanditur tres penthimemeres quartus tripodia dactylice ineſt. Diuis orte bonis optime romule. Sexta ode ſapphicum metrum habet:quod ut ſupra diximus ſcanditur.Diue quem proles niobea magne. Septima ode aſclepiadeum metrum habet: quod ut ſupra diximus:& per binos uerſus ſcanditur ex quibus unus hexameter. Diffugere niues: redeunt iam gramina campis: Alterum tripodia dactylica & ſemipes Arboribuſq; comæ. Octaua ode aſclepiadeum metrum:& per ſingulos uerſus penthimemeres ſcanditur. Donarem pateras grataq; comodius. Nona ode alcaicum metrum habet:quod ut ſupra diximus ſcanditur: Ne forte credas interitura quæ. Decima ode aſclepiadeum metrum habet: & per ſingulos uerſus ſcanditur: O crudelis adhuc & ueneris muneribus potens. Vndecima ode ſapphicum metrum habet: quod ut ſupra diximus ſcanditur: Eſt mihi nonum ſuperantis annum. Duodecima ode aſclepiadeum metrum habet:& per quaternos uerſus tribus penthimemeres quarto tripodia dactylice ſcanditur. Iam ueris comiteſq; mare temperant. Tertiadecima ode hoc idem metrum habet:& per quaternos uerſus ſcanditur: duo penthimemeres duo tripodia dactylice habet. Audiuere lice mea uota dii.

Q uartadecima ode alcaicum metrum habet : quod ut ſupra diximus ſcan-

ditur. Quæ cura patrum quæue quiritium. Quintadecima ode hoc idem metrum habet:& ſimiliter ſcanditur: Phœbus uolentem prælia me loqui.

PRima ode Iambicum metrum habet:& per binos uerſus ſcanditur. Nã unus Iambicus hexameter uel trimeter. Si cum compoſitis uel quadratis uerſibus ſcandas dr̃: alter tetrameter ſi ſimplicibus dimeter. Si cõpoſitis rebus ſcanditur ut hexametrũ facias ſic ſcandas. Ibis liburnis inter alta nauiũ. Ante oĩa tamen meminiſſe debemus uitiũ non eſſe in eiuſmodi uerſibus: ſi primus pes tertius & quintus ſpondei inter cæteros iambos occurrẽt: Aliquando aliqui ex tribus aliquando nullus:& erit ſincerus Iambicus: nõ quod ita appellatur: ſed utiq; ſine alienis pedibus: ideſt ſine ſpondeis in ſecundo: aut quarto & ſexto pedibus. Si quando ſpondei inueniuntur: uitioſum uerſum pronunciabimus: hoc & in tetrametro obſeruabimus: Vt primum pedem & tertium ſpõdeum. Si quando occurrit recipiamus ſecundum & quartum iambos reſeruemus. Secunda ode hoc idem metrum habet:& ſimiliter ſcanditur: Beatus ille qui procul negociis. Tertia ode hoc idem metrum habet:& ſimiliter ſcanditur: Parentis olim ſi quis impia manu. Quarta ode hoc idẽ metrum habet & ſimiliter ſcanditur: At o. Quinta ode hoc idem metrum habet: & ſimiliter ſcanditur. Quid immerentes hoſpites uexas canis. Sexta ode hoc idem metrum habet: & ſimiliter ſcanditur. Quoquo ſceleſti ruitis aut cur dextris dextris. Septima ode hoc idem metrum habet: & ſimiliter ſcanditur. Regare longa putidante ſæculo. Octaua ode hoc idem metrum habet & ſimiliter ſcanditur. Mala ſoluta nauis exit alite. Decima ode hoc genus metri habet: quod ab Horatio compoſitum eſt:& per binos uerſus ſcanditur: Nam primus hexameter uel trimeter Iãbicus eſt Pecti nihil me ſicut antea iuuat: Alter ex duobus hexametris dactylico & iambico componitur: Nam de dactylico duos pedes & ſemipedem habet. De iambico ſimiles quattuor uel compoſitos duos. Scanditur autem ſic: Scribere uerſiculos amore percuſſum graui: Vndecima ode aſclepiadeum habet:& per binos uerſus ſcanditur: nam unum hexametrum alter tetrametrum dactylicos habet. Quid tibi uis mulier nigris digniſſima barris. Duodecima ode metrum habet quod ab Horatio compoſitum dicitur: & per binos uerſus ſcanditur: ex quibus unus hexameter: heroicus eſt: Horrida tempeſtas cælum contraxit & imbres: Alterum dactylico & Iambo camponitur: nam quattuor pedes Iãbus habet: uel duos ſi compoſitos ponere malueris: & duos dactylos & ſemipedem. Scanditur autem ſic: Niues quæ deducunt Iouem nunc mare nunc ſyluæ. xiii. ode æque ab oratio compoſita dicitur: & per binos uerſus ſcanditur: ex quibus unus hexameter dactylicus alter tetrameter iambicus uel dimeter. Mollis inertia cur tantam diffuderit imis. xiiii. ode hoc idem metrum habet & ſimiliter ſcanditur. nox erat: & cælo fulgebat luna ſereno. Quintadecima ode ex duobus hexametris conſtat: dactylico & iambico. Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas. Sextadecima ode uel iambicum metrum habet: & per ſingulos uerſus ſcanditur. Iam iam efficaci do manus ſcientiæ. Hic uerſus qui carmẽ ſæculare appellatur. Sapphicum metrum habet: quod ut ſupra diximus ſcanditur: Phœbe ſiluarumq; potens diana. Hactenus quæ didici & legi & quæ mediocri uſu comprehendi: tribus his commentariis rettuli: ſperans me profecto legẽtium gratum teſtimonium ſi non laboris certæ ſimplicitatis conſecuturum,

¶VETVSTISSIMI AC PERSPICACISSIMI PHOCAE GRAMMATICI. LIBER INCIPIT.

¶De nomine & uerbo.

ARS mea multorum es:quos ſæcula priſca tulere.
Sed noua te breuitas aſſerit eſſe meam.
Omnia cum ueterum ſint explorata libellis:
Multa loqui breuiter ſit nouitatis opus.
Te relegant iuuenes:quos garrula pagina terret:
Aut ſiquem paucis ſeria noſſe iuuat.
Te longinqua petens comitem ſibi ferre uiator.
Ne dubitet:paruo pondere multa uehis.
Te ſiquis ſcripſiſſe uolet:non ulla queretur:
Damna:nec ingrati triſte laboris onus.
Es quod quiſq; petat.nunquam cenſura diſerti:
Hoc contemnet opus:ſi modo liuor abeſt.

CRedo nõnullos hoc meũ miraturos opuſculum:q; in tãta doctiſſimoꝝ hoĩum copia:q̃ uarie diligẽterq; emẽdati ſermonis pͨcepta tradiderunt: ego potiſſimũ auſus ſim temerario ac pene ſacrilego conatu libellũ de arte cõminiſci.De quo prius excuſandũ puto:q̃ de titulo opis diſſerã.Cũ ſciã plurimos qdem regulas artiũ p ordinẽ digeſiſſe:qbus ad ꝑrogatiuã ſolertia uel antiqtas ſuffragata eſt.Sed eoꝝ alios late copioſeq; ſcripſiſſe:ita ut ſupflua interdum ubertate narratiõis memoria legẽtiũ cõfundat.Alios dũ breuitati ſtudent:admodum diffuſam coartaſſe materiã:ut ſterili cõpendio nihil ad integram ſciam lectoribus cõferant:Adoleſcẽtes uero nr̃i ſæculi:non deſiderio lr̃aꝝ nec amore uirtutis ad ſtudia ſe applicant.ſed aut neceſſitate compulſos:aut odore uoluptatũ per ætatem afflatos execrari magiſtratus:quoꝝ ut q̇ſq; eſt diligẽtior:eo maiori odio ꝑmitur.Et gymnaſiũ ſapiẽtiæ:quo ad beatã uitã ſemita demonſtraẗ:uelut teterrimũ carcerem deteſtari.Alios aũt q̃uis ſcire cupiant:oẽ tñ fructuoſi laboris onus detrectare:nec aſſiduis inherere lectiõibus:nec curioſa pſcrutatione ueteꝝ eruere cõmentarios:q dum ſemp aſſidui nolũt fieri docti eſſe nõ poſſunt.Iccirco fateor me negociũ hoc ſuſcepiſſe pluribus profuturũ:niſi q nouellã artis expoſitionẽ tractare faſtidiunt:pͨcipue quæ diſcipulis nr̃is ꝓderit qbus aduerſus obliuiõis iacturã & pcunctantiũ tentamenta cõſultũ eſſe deſidero:in hoc nãq; noſtræ ꝓfeſſiõis ſumma uerſaẗ:ut in alioꝝ ſciẽtiam tui piculum facias nec ipſe ſcias:ſed alios docueris eruditus eſſe uidearis.Noĩum igitur regulas & uerboꝝ in unum cõgeſſi:quoniam hæ fere principatum in partibus orationis obtinent:multumq; difficultatis habent:& ſuper cæteris abunde dictũ a ſummis auctoribus æſtimo:quo ĩn opere nihil mihi ſummã:nec a me noui quicquam repertum affirmabo. Multa nãq; ex multorum libris decerpta concinna breuitate concluſi:ut ne ieiuna parum inſtruat compenſatio nec uerboſa prolixitas faſtidium legentibus moueat.Siquid autem a nobis in ſuſcepto negocio commode tractatum eſt:malo id lectoris iudicio laudari:q̃ noſtra prædicatiõe iactari.Tu tamen induſtria tua petulantiæ noſtræ crimen excuſabis:uel laudis ſi qd merebitur ampliabis. Aggreſſus

ſum nominũ regulas breuiter explanare:& ſcrupuloſam difficileq̃ materiã ado-
leſcẽtibus ꝑ uiã facere. Q uoniã oĩs ambiguitas ĩ genere nominis & declinatiõe
cõſiſtit. Primũ latina:a græcis diſcreui: ne cõfuſiõe uarietatis perturbaret̃ memo
ria. Deinde monoſyllaba congeſta ꝓpoſui:quæ diuerſi qdem ſunt generis. Tertii
autẽ ordinis formulã tribus exceptis ſequuntur:& ſunt fere hæc. Maſculini gene
ris: as:dens:grex: flos:fons:mons:mos: mus: mas:præs:mars: pons:lar: pes:ros:
rex:ſal:ſol:uir:uas:dis. Ex his unum eſt ſecundæ declinationis uir. Fœminini gñis
arx:ars: calx:crux:cos: dos:frons:gens: falx:fax:fex: glis:lux: lex:lis:lens: glanx:
lanx:mors:mens:nux:nix: nos:pix:ops:prex: pars:res:ſpes: ſors:ſtirps:trabs:uis:
grus:urbs:uox.nar:narris. Ex his duo ſunt quintæ declinationis contra regulam
ſpes:& res. Neutri generis ſunt hæc: æs: crus: cor: fas:far:git: ir:ius:mel:os:pus.
tus: fel:lac:rus: uer:uas:uaſis. Ex his quattuor minime declinantur fas: git: pus:
ir. Q uattuor in plurali numero deficiunt: nã tres tantum caſus habent: far: ius:
rus: & æs ſimiliter. Cõmunis generis bos: dux: ſus:fur: grus. Omnis generis hæc
duo ſola: par:trux. Expoſitis monoſyllabis cuiuſcũq; ſint generis de cæteris quo
rũlibet ſyllabaꝝ nominibus diſſeremus: quæ his clauſulis terminant̃ quattuor
uocalibus præter i:& ſemiuocalibus præter f:& una muta t:de quibus ordiate re
gulas ſubiectas notabimus:exceptis illis quæ minime declinantur. Fas:nefas: ni-
hil:nugas:gumi:frugi:& ſinapi:pedũ nequam. Ex his neutri generis fas nefas:ni-
hil nugas:gumi:nequã alia oĩs generis. A terminata maſculina ſunt ꝓpria ut
Sylla:Seneca:Catilina.Cotta: Tuca:Agrippa:panſa:Pauca ſunt appellatiua ma
ſculini gñis:ut hic laniſta:hic dãma:hic talpa:hic popa:hic nauta:hic poeta:hic
colega:hic ſcurra:hic liſſa:hic aſſecla:hic ſcriba:hic profuga:hic trãſfuga:hic ho
micida:hic parricida. Q uæ alii cõmunis eſſe generis dicunt. Et illa quæ a uerbis
colo & gigno cõponunt̃:ut hic & hæc cælicola:agricola:ſiluicola:terrigena:ru-
rigena. Reliqua appellatiua oĩa fœminini ſunt generis & primæ declinationis:
ut fortuna:ſcola:terra:arena:carina:habena. Neutri generis latina ſunt nulla. Cõ
munis generis hæc ſola hic & hæc pediſequa:aduena:cõuena:auriga:cõuiua:uer
na:& omnia:priæ ſunt declinationis:Barbara neutri generis duo lecta ſunt:apud
Salluſtiũ noĩa ſunt fluminũ:hoc moluca:hoc turia. E finita neutri generis ſunt
oĩa & tertiæ declinationis:ut hoc ſedile:monile: ræte: mare. O terminata tertiæ
declinationis ſunt omnia:ſed diuerſi generis:nam quæ in o puram deſinunt.e.uo
cali præpoſita maſculini generis ſunt:ut hic ganeo:aleo:labeo:quæ nominatiuũ
& uocatiuum ſolum habent. Q uæ i ante o habẽt:aut propria maſculini ſunt:ut
Curio:Scipio:aut corpus quidem ſignificãtia generis maſculini ſunt:ut hic ſte-
lio:unio:hiſtrio:Cẽturio:Curculio:quaternio:mulio:& omnia o litteram in obli
quis caſibus productam ſeruant excepto uno anio:flumen eſt Italiæ:quod anie
nis facit. Rem autem incorporalem ſignificantia plæraq; a uerbis transferuntur
& ſunt generis fœminini ut hæc oratio:ratio:actio:ſtatio:horatio:religio. Et hæc
ſimiliter nomina per omnes caſus o producunt præter nominatiuũ & uocatiuũ
numeri ſingularis:præpoſita uero b littera uel qualibet conſonante propria uel
appellatiua maſculini ſunt generis:ut hic carbo:libo:præco:mucro:bubo:latro:
homo:tyro:ſermo:pauo:cato. Excepto uno proprio fœminini generis:hęc iuno:
& altero appellatiuo quod o lr̃am in obliqs caſibus amittit: ut hæc caro carnis:
ſed duæ ſolæ conſonantes g d:qbus præcedentibus o lr̃a:nomina generis fœmi-

nini ſunt:ut hæc imago:caligo:fuligo:origo:ꝓpago:irundo:erugo:arundo:magnitudo:altitudo:teſtudo:ſimilitudo:fortitudo quæ o in i conuertunt in obliqs caſibus.Excipiunt̃ in utroq; genere maſculina:ut hic ligo:hic mãgo:hic prædo: hic cudo:hic ſpado:quæ o producunt:hic cardo:hic ordo:quæ ſuperiorẽ formulam ſequunt̃.Sunt & quattuor tm̃ modo quæ neutralia eſſe poſſunt:quoꝝ pars dimidia declinationẽ patit̃:ut duo:& ambo:pōdo autẽ & octo monoptota ſunt: & tm̃ plr̃ efferunt̃:ut hæc pondo:nam unũ pondo nõ dicimus:ſed in libram efferri poteſt:duo.n.& tria pondo & deinceps obſeruabimus uel quotiens de neutro loqmur correptæ dicimus pondo:in accentu longo duo homines & ambo homines duæ mulieres & ambæ mulieres dicunt̃. Duo autem & ambo:& ſi correpta eſſe uideantur tamẽ in accuſatiuo duplr̃ efferuntur:nãq; hos duos & hos duo & ambos & ambo.Apud auctores inuenimus:cõia hi & hæc duo & hæ duæ & ambo & ambæ:hoꝝ duorum & amboꝝ:haꝝ duaꝝ & ambarum:duobus & ambobus:duos & ambos:duas & ambas duo & ambo:duobus & ambobus:duabus & ambabus.V terminata ſine cõtrouerſia neutri generis ſunt:& quartæ declinationis:aptota in ſingulari numero:in plurali declinantur:& ſunt perpauca quæ pluralem numerum admittunt genu:cornu:ueru:ſpecu:tonitru.Cætera ſemper ſingularia ut hoc ſeru:gelu:pecu:teſtu.Dicimus tamen & hæc teſta & hæc pecua.

Al ſyllaba finita neutri generis ſunt & tertiæ declinationis:ut hoc animal animalis:hoc uectigal:hoc tribunal:hoc lupercal.Vnum eſt maſculini generis monoſyllabum hic ſal ſalis:& barbara ꝓpria:ut hic Hanibal:aderbal:aſdrubal:hic m ſal. El neutri generis ſunt ut mel & fel. Il ſyllaba terminata maſculini generis ſunt hic pugil:hic mugil:ſed Iuuenalis hic mugilis nominatiuũ dixit:unum communis ut hic & hæc uigil:unũ fœminini generis ut hęc tanaquil:& omnia exemplo tertiæ declinationis inflectunt̃.In ol unũ inuenit̃ maſculini gñis ut hic ſol.

Vl ſyllaba finita duo ſunt maſculini generis:ut hic conſul & hic præſul. Vnũ cõmunis ut hic & hæc exul.Exul adhuc iacet umbra ducis lucanus:& ſunt tertię declinationis conſulis:præſulis:exulis. Vm ſyllaba terminata ſunt generis neutri & ſecũdi ordinis ut telum:cælum: bellum: imperium: regnum: fatum:in hac extremitate nulla ſibi locum ambiguitas uendicat. En ſyllaba quæ finiuntur i uocali præpoſita duo tantũmodo maſculini generis ſunt:ut hic rien rienis:hic lien lienis:q̃ in obliquis caſibus e litterã productã ſeruant. Et ſeptẽ alia eiuſdem generis antepoſitis cõſonantibus hic flamẽ:ſacerdos iouis:hic pectẽ: hic tybicẽ: hic fidicen:hic tubicen:hic cornicen:hic lyricen: cætera neutri generis ſunt proculdubio & tertiæ ſimiliter declinationis:ut hoc carmen carminis: certamen:limen:numen:omen:crimen: examen: gluten glutinis: & his ſimilia. Ar ſyllaba terminata generis ſunt neutri oĩa: ut hoc iubar: hoc torcular: hoc puluinar: hoc laqueat: hoc lacunar: præter unum proprium maſculini generis hic Cæſar:hæc quoq; tertiæ declinationis formulã ſequuntur ſed neutra in obliquis caſibus a ꝓductam habent notatur iubar quod ſolũ correptam a habet:ut Virgilius:iubare exorto. Er ſyllaba finita exceptis duobus fœminini generis hęc mater:hæc mulier:& neutris his:hoc uber:hoc ſuber:hoc papauer:hoc cadauer:hoc laſer: hoc tuber:hoc ſiſer:hoc cicer:hoc iter:quæ oĩa tertiæ ſunt declinationis.Cætera maſculini ſunt generis:alia ſecundæ:alia tertiæ declinationis.Maſculina igitur in er ſyllaba deſinẽtia ſi faciũt ex ſe fœminina a littera terminata ſecundi ſunt ordinis:

ut hic pulcher pulchri:ater atri:niger nigri. Quorum fœminina ſunt pulchra atra nigra. Notatur ſequeſter quod ſequeſtra facit fœmininum: & eſt tertiæ declinationis:Quæ ex ſe aut nulla faciunt fœminina:aut in is ſyllabam mittunt tertiæ declinationis: hic pater patris: frater fratris: hic paſſer paſſeris: anſer anſeris: carcer carceris:agger aggeris:hic acer huius acris: nã fœmininũ facit hæc acris. Vt Horatius ſoluit acris hyems: hic alacer alacris: hic uolucer uolucris:mediocer mediocris:celer celeris: equeſter equeſtris:pedeſter pedeſtris. Excipiũt pauca quæ quãuis in fœmininũ genus.a. terminatũ minime trãſeant: ſecundæ tñ ſũt declinationis:ut hic puer pueri:hic gener generi:hic ſocer ſoceri:hic liber liberi:auſter auſtri: aper apri:cancer cancri: oleaſter oleaſtri:caper capri:culter cultri:raſter raſtri:faber fabri:unum inuenit cõis generis quod iuſta rõnem cõium tertii eſt ordinis: ut hic & hæc pauper pauperis. Quidam adiiciunt: hic & hæc uber uberis. Ir ſyllaba terminat unum monoſyllabũ generis maſculini ſecũdæ declinationis: hic uir uiri. Et ſi qua ex illo componunt ut hic ſemiuir: duumuir: triumuir:ſeptẽuir:decemuir:leuir quæ eiuſdẽ ſunt declinationis. Vnũ præter ea neutri gñis repertũ eſt:& monoſyllabis inſertũ: hoc ir indeclinabile. Or ſyllaba finita maſculini ſunt generis & tertiæ declinationis: ut hic odor odoris:hic olor oloris: hic amor amoris: liquor liquoris. Exceptis tribus quæ ſexus in fœminino gñe decernit:eiuſdem tamen declinationis:hæc uxor:hæc ſoror:hæc arbor. Et neutris his: hoc ador: hoc marmor: hoc equor:hoc ebor: hoc robor: quidam & hoc fœmor:rationabiliter annumerãt. Vnum eſt cõis generis:hic & hæc auctor. Vnũ omnis hic & hæc & hoc memor: & compoſitum ex eo: immemor. Et omnia in hanc ſyllabam deſinentia o in obliquis caſibus productam habẽt ſi ſũt appellatiua & latina. Excepto arbor & ſupraſcriptis neutris & memor & immemor. Propria latina ſiue græca o correptam habent:in oĩbus caſibus ut:actor ris:hector ris. Quæ in or ſimiliter deſinunt. l.littera uocali præpoſita communis ſunt generis eiuſdem declinationis tertiæ: ſcilicet & omnia comparatiui ſunt grad⁹: hic & hæc melior ris. doctior ris. Vr ſyllaba finita generis maſculini hæc ſunt:hic fur:hic ſatur. Sed fur iuxta qdẽ rõnẽ monoſylaborũ tertiæ eſt declinationis: quod alii communis generis eſſe dixerunt. Satur autem ſecundæ quoniã fœmininum ſatura facit. Præterea his turtur: uultur maſculini generis epichenon eiuſdem declinationis tertiæ. Cætera neutri ſunt gñis eiuſdẽ declinationis: ut hoc guttur:hoc ſulphur: hoc fulgur: hoc murmur:hoc iecur ris.uel iecinoris: unum communis generis:& hæc augur auguris. As ſyllaba terminata fœminini ſunt generis tertiæ declinationis: ut hæc dignitas:pietas: facultas:ciuitas:poteſtas. A littera in omni caſu producta:pauca inueniuntur maſculini generis partim propria partim a propriis ciuitatum nominibus tranſlata: ut hic latinas latinatis:mœcenas mœcenatis.hic Arpinas arpinatis: hic capenas capenatis. Es ſyllaba quattuor modis nomina terminant:in es productam:præpoſita cõſonãte ante.es.In es correptam ſimiliter præpoſita qualibet cõſonãte ante es.In es puram producta uocali.i. præpoſita ante es. in eadem pura correpta. Nomina igit quæ in es productam deſinũt conſonante prępoſita generis ſunt fœminini & tertiæ declinationis totidẽ ſyllabis in genitiuo & in cæteris caſibus quot in nominatiuo proferuntur: ut hæc nubes nubis: cædes cædis: proles prolis: moles molis: ſtrages ſtragis: labes labis: pubes pubis:plebs plebis. Excepto uno quod eiuſdẽ

generis eſt: ſed qntæ declinatióis ut hæc fides ei: & ceres quod in gtó extra moré
oíum plus una ſyllaba ꝓferť ná cereris facit:& merces dis:í eadé extremitate q̄t-
tuor reperiunť ꝓpria maſculini gñis eiuſdé declinationis:hic hercules lis:cocles
coclis:uerres ris:ulyxes xis. Et quæ cóponunť a pede nihil a declinatióe ſimpli-
cis diſcrepátia:ut bipes:tripes:q̄drupes:hęc etiam cóis eſſe gñis:multi affirmant
ſonipes alipes. Duo præterea ſunt communis generis:quæ in genitiuo una ſylla
ba accreſcunt:ut hic & hæc hæres hæredis:locuplex locupletis. Q uæ es corre-
pta terminátur præpoſita conſonante maſculini ſunt generis tertiæ ſimiliter de-
clinationis:& una ſyllaba in genitiuo creſcunt: ut hic poples poplitis:hic fomes
fomitis:miles militis:gurges gurgitis: ſtipes ſtipitis: hic ceſpes ceſpitis: hoſpes
hoſpitis:nam fœmininum hoſpita facit. Exceptis his quidem fœminini generis:
hæc ſeges ſegetis: teges tegetis. Cómunis uero accidétibus licet hic & hæc teres:
hic & hæc præpes. hic & hæc hebes:comes comitis:ſoſpes ſoſpitis:ſuperſtes ſu-
perſtitis. Et omnia genitiuum in tis ſyllabam mittunt. Notantur hæc ſola:quæ
in dis non in tis faciunt genitiuum:hic & hæc præſes præſidis: hæres hæredis:de
ſes deſidis:obſes obſidis. Q uæ in es productam & puram deſinunt fœminini ſút
generis & declinationis quintæ: ut hæc facies faciei: acies aciei: effigies effigiei.
Excepto uno incerti generis quod nunc mas:nunc fœmininum ut hic uel hæc di
ēs diei: & quod ex eo figuratur maſculini generis ut hic meridies meridiei. Vnū
præterea notatur eadem clauſula finitum generis fœminini tertiæ declinationis
hæc quies quietis. Q uæ in es correptam i præcedente uocali deſinunt:duo
ſunt maſculini generis hic aries: paries: Vnum fœmininum hæc abies: & tertiæ
ſunt declinationis faciunt.n. genitiuum arietis:parietis:abietis. Is ſyllaba fini-
ta præpoſitis n & e conſonantibus maſculini ſunt generis: hic panis: hic funis fi-
nis:amnis:ignis:clunis. piſcis:hic faſcis. Vnum fœminini eſt generis:hæc bipen-
nis:unum communis hic & hæc canis:omnia tamen ſunt tertiæ declinationis &
illa generis ſunt maſculini:quæ in genitiuo una ſyllaba accreſcunt: ut hic lapis
dis:hic puluis ris:hic ſanguis nis:uomis ris:hic cinis ris: hic polis nis: hic pubis
beris:ut Tullius filiumq; eius impuberem. Ex his unum tantum fœminini gene-
ris eſt:hæc cuſpis cuſpidis:Cætera qualibet conſonante is ſyllabam præcedente
fœminini ſunt generis & eiuſdem declinationis tertiæ.ſ.nominatiuum & geni-
tiuum parem habentia:ut hæc auis:claſſis:clauis:turris:puppis: hæc cutis: hæc
pellis:hæc ſecuris:meſſis:nauis:ſcrobis:ſcobis:hæc bilis. Sed ſi ſunt accidentia.i.
ad corpus uel ad animam pertinentia:uniuerſa communis ſunt generis & tertiæ
declinationis & neutra ex ſe faciunt. E. littera terminata nihil a declinatione cō-
munium diſcrepátia:ut hic & hæc fortis & hoc forte:huius fortis:hic & hæc dul-
cis & hoc dulce:huius dulcis:hic & hæc ſuauis & hoc ſuaue:huius ſuauis. & quę
deriuantur a principalibus:is ſyllaba finita eandem regulam ſequuntur:ut a po-
pulo hic & hæc popularis & hoc populare:huius popularis: ſpecialis ſpeciale:
& quæ ſimilia ſunt. Sunt p̄terea pauca noíe eadé clauſula finita:quę neq; n:neq;
e:ante is ſyllabá hñt maſculini gñis:neq; in gtó plus una ſyllaba ꝓferunť :ut hic
fuſtis:hic enſis:hic poſtis:hic anguis:hic unguis:hic follis:hic collis:hic corbis:
hic menſis:hic uectis:hic torquis:hic orbis. Præterea & quæ ſupius noíauimus
oía aut fœminini ſunt generis:aut cóis. Nam ſuper declinatióe nulla eſt ambigui-
tas. Os finita ſyllaba tria ſunt generis maſculini hic mos:hic flos:hic ros:duo fœ-

minini:hæc cos:hæc dos: Vnum neutri hoc os oris. quidam & hoc os oſſis adii-
ciunt. Vnũ cõis hic & hæc bos: & oĩa ſm diffinitã ſupius regulã monoſyllabarũ
tertiæ ſunt declinationis. Diſſyllaba tria:quoꝝ duo ſunt maſculini generis unũ
cõis eiuſdem declinationis. hic lepos leporis: nepos nepotis: hic & hæc cuſtos
cuſtodis:ſimiliter hic & hæc ſacerdos ſacerdotis. Vs ſyllaba terminata nomi-
na maſculini ſunt generis & fœminini aut neutri. Tantũ unum eſt omnis gene
ris tertiæ declinatiõis:hic & hæc & hoc uetus ueteris.Sed maſculini generis no-
mina aut ſecundæ ſunt declinationis aut quartæ.Exceptis duobus quæ ſunt ter-
tiæ declinationis: hic ligus:ris:& hic lepus:ris. Sed illa maſculina ſecundæ decli
natiõis accipiunt formulã quæ in fœmininũ genus trãſeunt.Illa quartæ quæ aut
a uerbis ueniunt aut in fœmininũ genus nõ tranſeunt:ut hic aſſenſus:huius aſcẽ-
ſus a uerbo aſcendo:hic motus:huius motus:hic riſus huius riſus:hic portus hu-
ius portus:hic arcus huius arcus. q̃m in fœmininũ nõ trãſeunt.Sed q̃m plurima
inueniunť: quæ nec a uerbis ueniũt:nec minus quartæ ſunt:neqꝫ fœmininũ ex ſe
faciunt & tñ ſecũdæ ſunt declinationis:diſcernẽdæ ambiguitatis cã:diligentiin-
quiſitione ſubiectas notauimus regulas: quo facilius declinationis diuerſitas de
prehendi poſſit. Ergo us ſyllaba termiata noia maſculini generis ꝓpria uľ appel
latiua ſiue fœmininũ ex ſe faciũt:ſiue in aliud genus minie trãſformať ſecũdæ ſũt
declinationis. Vt terẽtius terẽtii:marcus ci:bonus ni:cãpus pi:hortus ti:fumus
mi:nidus di: fungus gi:mergus gi:ſomnus ni:lucus luci. Duo notanť quæ ſuperi
us poſuimus tertiæ declinatiõis us ſyllaba terminata eiuſdẽ gñis:hic ligus ris:le-
pus ris. Quæ a uerbis aut noibus ueniũt principalibus quartæ ſũt declinatiõis:
ut hic ſtatus huius ſtatus: hic ductus huius ductus: hic motus huius motus: hic
cõſulatus:hic tribunatus:magiſtratus:eqtatus:principatus:hic reptus:hic rece-
ptus: huius receptus: hic uiſus huius uiſus. Notanť hæc q̃ nec a uerbis ueniunt
nec a noibus deriuãť:& tñ quartæ ſũt declinationis gñis maſculini:hic arcus hu-
ius arcus:hic gradus:fructus:ceſtus: æſtus:portus:lacus: ſinus:currus: cultus:lu
xus:ſenatus:faſtus:aſtus:pictus:rictus: ritus:fœtus:ſitus. Fœminini generis eadẽ
ſunt extremitate finita:& ſecũdæ declinationis ſunt tria tm̃:hæc colus huius co-
li:hæc aluus alui:hæc humus humi: & oĩa arboꝝ:quę in eadem ſyllaba deſinunt
fœminini gñis ſũt:hæc pyrus pyri:hæc prunus pruni:fagus fagi: taxus taxi:fra-
xinus fraxini:hæc:ulmus ulmi: hæc alnus alni. Tertiæ pauca ſunt hæc tm̃: ſalus
ſalutis:palus dis:iuuentus tis:ſenectus tis:ſeruitus ſeruitutis:tellus telluris:uirtus
uirtutis: uenus ueneris. Quartæ hæc tantum hæc anus huius anus: hæc porti-
cus huius porticus:hæc domus:hæc nurus:hæc ſocrus:hæc quercus. Neutralia
illa ſunt quæ in gtõ una ſyllaba creſcũt & in ris deſinunt: ut hoc decus ris:hoc ſy
dus ſyderis: pondus ris:hoc pecus ris. Exceptis tribus quæ ſecundæ ſunt decli-
nationis correpta.us. ſyllaba hoc uulgus uulgi: hoc uirus uiri: hoc pelagus pe-
gi. Alia oĩa maſculini ſunt gñis & declinanť exemplo ſecundæ declinationis aut
quartę iuxta diffinitas ſuperius regulas. Ax ſyllaba terminať unũ maſculini ge
neris ꝓpriũ: ut hic Aiax. unũ fœmininũ: hæc fornax. Alia oĩa ſunt accidentia &
trium geneꝝ hic & hæc & hoc audax:rapax: fallax:loquax:pertinax:minax: pro
cax:contumax:peruicax:& omnia ad inſtar tertii ordinis declinantur & .a. in obli
quis caſibus productã habent. Ex ſyllaba finita maſculini ſunt generis declina-
tionis tertiæ: ut hic uertex uerticis: hic culex: cis. codex: cis: latex: ſorex: polex

cis.hic cortex.cis.hic murex:cis. Fœminini gñis hæc ſola hæc ſilex. ut Virg.ah ſilice in nuda: hæc illex cis:carex:cis. Si ſint accidentia q̄ in ex deſinunt oīs gñis ſunt nihil a declinatione diſcrepantia:nã tertiæ declinationis ſunt: ut hic & hæc & hoc ſimplex:duplex:artifex:opifex:aurifex: & oīa ĩ gtõ & in cæteris caſibus.e. litteram in.i. conuertunt. unũ reperit̃ maſculini generis quod.e. producit ĩ obliquis caſibus hic ueruex ueruecis. Ix ſyllaba quæ terminant̃ maſculini generis hic calix cis.hic fornix:cis:uarix:cis.Fœminina ſũt hęc:hæc:ſalix:hæc fœlix hæc radix:hæc ceruix: hæc: matrix hæc cornix: hæc lodix. Ex his poſteriora q̃ttuor .i. pducunt in obliquis caſibus. accidentia triũ generũ ſunt: ut hic & hæc & hoc fœlix fœlicis:hic & hæc & hoc pnix in eadẽ ſyllaba præpoſitis conſonantibus:q̃rum prior muta altera liquida eſt.Nomĩa fœminina generis deſinunt in.x. quę a maſculinis.tor.ſyllaba finitis:& a uerbo ueniẽtibus figurant̃.ut hic genitor hæc genitrix:hic uenator hæc uenatrix:bellator: bellatrix:uictor:uictrix. Vnũ eadẽ clauſula terminat̃ maſculini generis nomen ſerpentis. apud Luca.lectũ eſt:& natrix uiolator aquæ. Duo fœminini q̃ a maſculinis non ueniũt:hæc meretrix hæc cicatrix. Omnia tñ proculdubio tertiæ declinationis ſunt. Ox ſyllaba finita exceptis monoſyllabis omnia accidentia ſunt generis oīs:ſed iuxta rationẽ ſuperius demõſtratam ut hic & hæc & hoc ferox:atrox: uelox: hæc quoq; eiuſdem declinationis legibus ſubiacẽt. Vnũ fœminini generis hac extremitate adud Plau. lectum eſt:hæc Celox quod ſcapham ſignificat. Vx ſyllaba terminat̃ unum maſculini gñis hic polux:cis. Monoſyllaba cuiuſcunq; ſint gñis diffiniuimus. Fœminini monoſyllaba lux:nux: crux. Quidam cōis generis hac ſyllaba finitũ aſſerunt hic & hæc coniunx:qui nominatiuum ſine.n. littera proferri uolunt:quia in genitiuo & aliis caſibus eadem littera non ſeruat̃. T.littera muta unum nomen terminatur:generis neutri hoc caput:tis: & quæ ex eo cõponuntur: occiput: tis: ſinciput:tis.Perſius & ſiſſa fumoſum ſinciput aure quæ in duas deſinunt conſonãtes exceptis ut ſæpius dictum eſt monoſyllabis: ſi ſint accidẽtia trium generum: ſunt & tertii ordinis remota ambiguitate declinationis:ut hic & hæc & hoc ingens tis:hic & hæc & hoc celebs bis:hic & hæc & hoc inops pis.Solers tis:conſors tis:hic & hæc & hoc potens.Pauca ſunt maſculini generis propria hic mauors tis:hic Aruns aruntis.Pauca appellatiua quorũ alia maſculini generis:alia fœminini hic adeps pis:hæc cohors tis:hæc hyems mis: & ſimilia.

Explicit regula latinorum. Incipit græcorum.

FOeliciter expoſitis latinorũ regulis:græcorum quoq; tractanda eſt declinatio.Qua plærunq; utimur in ſermone & maxime propriis:quę in uſu latinæ linguæ admiſſa ſunt:ut etiam certis diffinienda ſint regulis. Memineris autem oīa græca nomina propria uel appellatiua aut primæ eſſe declinationis aut ſecundæ:aut tertiæ:generis maſculini:fœminini:neutri. Sed primæ quidem & ſecundæ declinationis maſculina & fœminina reperiuntur tertiæ autẽ maſculina fœminina neutra.Quæcunq; nomina as:ueles:uel a:ſyllaba terminantur ſi apud græcos genitiuum in ου:mittũt apud nos ſunt primæ declinationis:ut ο αινειας του αινειου hic Aeneas neæ:ο λυσιας του λυσιου: lyſias lyſiæ:ο αμυντας του αμυντου.Amintas amintæ: ο δαμοιτας του δαμοιτου.Damœtas damœtæ:ο κλοαντης του κλοαντου.Cloantas cloantæ. Exceptis his:ο ιωαννης:του ιωαννου.Ioãnes Ioãnis:ο ορόντης τού ορόντου.oron

tes:orōtis ο ορεστησ του ορεστου. Oreſtes oreſtis: ο ηρωδησ του ηρωδου.hic
herodes herodis ο πυλαδησ του πυλαδου. Pylades ladis:omnia maſculini
generis ſunt. Item illa flexa quæ s.littera adempta faciunt apud illos genitiuũ:
ſimiliter apud nos eiuſdem ſunt declinatiõis:ut Antas antæ.Menas menæ. Quę
& accuſatiuum ſingularem in:n:potius q̄ in:m:ſyllabam terminãt:ut æneam an/
chiſen:Liſian:ſimili ratione.patronymica nomina declinantur:ut hic Priamides
dæ:pelides pelidæ:hunc priamiden:peliden.Græca aũt fœminina:quę:a:lr̃a fini
untur primæ ſunt declinatiõis:ut hæc Medea medeæ:Phedra dræ:Andromeda
dę:& quæ in:e:producta apud illos deſinũt.apud nos:e:in:a:cõuerſa ſunt eiuſdē
declinationis:ut hęc Circa circæ.Andromacha chę:aut ſecundum gręcam decli
nationem iflectuntur in nominatiuum caſum:ut hæc libyę libyes.Sic Lucanus.
Finibus extremis libyes ubi feruida tellus. Secundæ declinationis ſunt græca
maſculina uel fœminina:quæ in os ſyllaba breui terminantur:o:littera in:u:mu/
tata apud latinos ut hic Homerus ri:iginus igini:hęc Tyrrhus tyrrhi.beritus ti:
Cyprus pri:pontus ti.Item quæ apud illos in eus ſyllaba deſinunt.ſunt maſculi
na propria eiuſdem declinationis:ut hic Peleus pelei:Tydeus dei:Aeneus ænei:
Orpheus orphei.hæc datiuum ſingularem duplicem habẽt.nam & peli & peleo
dicimus.Orpheo orphi:ut Virgilius.Orphi calliopea lino.hoc græcum eſt.il/
lud latinæ declinationis.Accuſatiuum tamen habent gręcum:ut pelea:tydea.
Item illa quę apud græcos in gros:& in dros:in tros:in eros ſyllabam mittũt.po
ſtrema ſyllaba in er conuerſa eiuſdem ſunt declinationis:ut μελεαγροσ Melea
ger gri: μενανδροσ Menander menãdri: τευκροσ teucer teucri: αντιπατροσ.
Antipater antipatri.Excipiuntur quędam in grus.in brus in drus: & in trus ſylla
ba deſinentia:quę nominatiuum tamen er mutant.nihil tamen a declinatione diſ
ſentiunt:ſcombrus:andrus:cõgrus:petrus.In or nomina maſculina propria deſi
nũt:& tertię ſunt declinationis:ut Hector hectoris:Neſtor neſtoris:mentor mē/
toris:actor actoris.In his omnibus:o:in omni caſu corripitur.In as maſculini ge
neris deſinentia:ſi apud illos genitiuum in os mittũt:nos tertię declinatiõis appli
cabimus:ut θοασ θοαντος. toas toantis. ατλασ ατλαντοσ: atlas atlantis:
μαινασ μαιναδοσ menas menadis. γιγασ γιγαντοσ: gigas gigantis.Et
fœminina ſimiliter eadem ſyllaba terminata:tertiæ ſunt declinatiõis:ut hęc Pal
las dis:thyas dis:orcas dis:In s propria maſculini generis deſinũt.Quorum ſi
græci genitiuum in os efferunt.ſimili modo latini tertii ordinis exemplo decli/
nant:ut δημοσθενησ δημοσθενεοσ. Demoſthenes:nis: πολινεικησ εοσ.
Polinices cis: διογενησ εοσ. Diogenes nis.Et quæ circunflexo accentu pro
nunciantur.in ſuo ſtatu hæc remanent.& græcam declinationem ſequuntur:ut
hic Eumenes eumeneos.Euprepes euprepeos:q̄q̄ qdam ſic declinare uoluerũt:
Eumenes eumeneis:Euprepes euprepetis.Et quæ in tis genitiuum mittunt:ſimi
liter declinant:ut Dares darietis:Chremes chremetis dicimus & chremis:Dio/
res dioris:Antores antoris.In is tam maſculini q̄ fœminini generis deſinunt:eiuſ
dem declinationis ſunt:ut hic daphnis dis:tybris dis. Et fœminina hæc Thais
dis:lais dis:hiſis hiſidis:heſperis heſperidis.Et omnia gtũm in dis ſyllabam mit/
tũt.Excepto uno ſimois:quod ſimoentis facit gtũm.in os maſculini generis pro
pria figuræ compoſitæ deſinunt:tertiæ ſunt declinationis ut hic melampos dis:
edippos dis.In his propria maſculini generis ſunt & tertiæ declinationis ut Ca/

pis capis:pantis pantis. O lr̃a finita propria ſunt generis fœminini.quæ tranſlata in latinam linguam nihilominus græcam declinationem obtinent: ut Dido: Manto:Erato:Calypſo:Themyſto.declinant̃ enim hoc modo.Hæc Dido dido is:didoi:didoem.ab hac didoe.Errant enim qui didonis:aut Mantonis genitiuũ dicunt:& uocis aſperitas & ueterũ auctoritas eiuſmodi declinationẽ repudiant. In On maſculini generis ꝓprie deſinentia quæ gtũm aut in os.aut in tos.mittũt: apud nos tertiæ declinatiõis eſſe aſſerũt:ut ſinon ſinonis.Damon damonis interdũ apud latinos mutata nouiſſima lr̃a proferuntur:laocoon laocoontis:hypocoon hypocoontis:& quæ in os genitiuum mittunt penultimam ſyllabam productam habent in obliquis caſibus.Quæ in tos gtũm mittunt productam habent penultimam in reliquis.Et quæ gtũm in os efferunt:exceptis duobus quæ in is gtũm extollunt os:corripiunt:ut memnon:is:agamẽnon:nis:In an maſculini generis deſinentia nomina ea quoq; tertiæ declinationis ſunt:ut titan nis:Pean peanis:horum actũm tam numeri ſingularis q̃ pluralis ſecundũ græcos proferimus: ut tytana:peana hos tytanas hos peanas:unum etiam gtũm ſingularem propter differentiam in os:iuxta græcam declinationem mittit:hic pan huius panos: ut Virgilius panos de more licei.In in:maſculini generis exeuntia eiuſdem declinationis ut hic delphin delphinis:actũm utriuſq; numeri delphina & delphinas:ſicut græci ꝓferimus.In os productam generis maſculini:tertii ordinis ut minos: ois:heros:ois:tros:ois. A finita græca neutri ſunt generis:nam ſuper declinatione nulla eſt ambiguitas:nam eiuſdem ſunt ordinis:ut poema tis:toreuma tis:emblema tis:Quæ q̃uis tertiæ ſunt declinationis:dtũm & abltũm pluralem non in bus:ſed in tis mittunt ratione noĩum ſecundæ declinationis:nã his poematis emblematiſq; dicendum eſt. In ax.uel in.ix.maſculini generis noĩa deſinũt:& genitiuũ in is ſyllaba finiũt:ut thorax cis.phœnix cis:& quæ in duas deſinũt conſonantes tertiæ declinationis ſilr̃ applicant̃:ut hic cyclops pis:calybs bis. Vniuerſa nomĩa græca cuiuſcunq; ſint gñis:gtũm apud illos in has ſyllabas mittunt:in ης ut η κιρκη τῆς κιρκης. In as:ut φεδρα φεδρας. in ου: αυτης αυτου:in α. ut λαας.λαα. in ος ut αιας αι αυτος. in ους ut Δημοσθενις Δημοσθενους. in ως θεσις θεσεως. Igit̃ quæcũq; apud græcos genitiuum: in ης uel ας mittunt:apud nos primæ ſunt declinationis:ut η κιρκη της κιρκης: circa: cæ:η φὴδρα της φεδρας phedra phedræ.Quæ in α uel in ου gtũm mittũt:in ntõ in ας uel in αις ſyllabis terminantur:ſilĩ modo primæ ſunt declinatiõis:ut Antas tæ:Aeneas æneæ.Oreſtes oreſtæ.Quæ in ου ſyllaba exeunt in gtõ a ntõ ος terminato uenientia ſecundæ ſunt declinationis ut ομηρος ὁμήρου. Item quæ in os exeunt:ſecundæ ſunt:ut Tydeus Tydei:Peleus pelei:quæ in ους uel in os ſyllabis gtũm ſingularem mittunt:omnia tertiæ ſunt declinationis: remoto dubitationis errore:ut Δημοσθενης νους Demoſthenes demoſthenis:ο παρις Δος Paris paridis: ο μινας τος minas tis: παλλας Δος palas paladis ηαις Δος thais thaidis: Τοποιημα τος poema poematis.

QVoniam genera & declinatiões tam latinorum q̃ græcorum noĩum dilucide breuiterq; explanauimus:de cæteris q̃ præpoſitis regularũ legibus refragant̃ diſſeremus:ut diſcuſſa penitus ignoratiõis caligine: inoffenſa luce ſciæ mentes adoleſcentiũ illuſtrent̃. Sunt quædam noĩa in utroq; numero non eiuſdem generis.Alia ſunt non eiuſdem declinatiõis.Alia noĩa ſunt

quæ non in utroq; numero declinantur: Alia certis caſibus deficiunt. De hic dicemus & primum de illis quæ generibus diſcrepant. In ſingulari numero generis maſculini, in plurali neutri: ut hic locus & hæc loca: dicimus tamen & hi loci. hic iocus & hæc ioca dicimus & hi ioci. hic menalus hæc menala: hic tartarus hæc tartara. hic gargarus hæc gargara: hic carbaſus hæc carbaſa. hic iſmarus hæc iſmara: hic ſibilus hæc ſibila. In ſingulari numero generis fœminini in plurali neutri: ut hæc pergamus: hæc pergama: hæc intybus hæc intyba. hæc arbutus hæc arbuta. In ſingulari numero generis neutri in plurali fœminini. hoc epulum hæ epulæ: ſic Iuuenalis. Vnde epulum poſſis centũ dare pythagoreis. Alii hæ epulæ ſemper pluraliter declinant: hoc balneum hæ balneæ dicimus & hæc balnea: ut Tullius ad balneas pallatinas: Iuuenalis & crudũ pauonẽ in balnea portas: hoc cepe qđ in ſingulari numero eſt aptotũ: in plurali fœmininũ: hæ cepæ & ordine declinatur. In numero ſingulari generis neutri hoc porrum in plurali hi porri. hoc frenum hi freni: ut Lucanus frenoſq; momordit: dicimus tamen & hæc frena: hoc filum fili: traxerũt in arte magica uertigine fili; & hæc fila dicunt. hoc argos: hi argi. In plurali numero mutant declinationem hæc. Hoc iugerum in ſingulari numero ſecundæ declinationis eſt: in plurali tertiæ: nam genitiuum horum iugerum datiuum & ablatiuũ his & ab his iugeribus facit. Et uas quod tertiæ eſt in ſingulari numero in plurali ſecundæ nã genitiuum horum uaſorum datiuum & ablatiuum his & ab his uaſis dicimus. Pauca ſunt primæ declinationis nomina quæ contra regulam datiuum & ablatiuum numeri pluralis in bus ſyllabam mittunt: diſcernendæ ambiguitatis .i. ſexus cauſa: his & ab his deabus: filiabus: mulabus: equabus: libertabus: natabus: aſinabus: quæ a uiris peritis uſurpata ſunt. Hæc ſunt quę in utroq; numero nõ admittũt declinationẽ: quoꝝ: alia ſingulariter tãtũ alia pluraliter declinãtur. Deoꝝ propria nõia elementoꝝ: fluminũ: heroum: montium ſingulariter dũtaxat declinantur. Itẽ urbiũ niſi quæ naturaliter pluraliter efferunt: ut athenæ: thebæ: cumæ: mycenæ: athelanæ: grauiſſę: cruſtumę: ricoſę: carpi: puteoli: oſtia. Itẽ metallica q̃ oĩa ſecundę ſunt declinationis: & generis neutri: ut hoc auꝝ: argentum: ferrum: plumbũ: ſtãnũ. Excepto uno ęs. quod eiuſdẽ generis eſt: ſed iuxta rationem tertii ordinis monoſyllabaꝝ tres caſus in plurali numero admittit nominatiuum: accuſatiuum & uocatiuum: hoc ęs & hęc ęra. Item arida uel liquida quę ad menſuram ponduſue referuntur: ut triticum: ordeum: frumentum: far: lens: cicer: milium: eruum: oleum: uinum: mel: mulſum: defrutum: muria. Ex his multa ueteres auctoritate licentię largientes: pluraliter extulerunt: hęc ordea: farra: mella: defruta: uina. hęc etiã uſus recipit: nã uina choa: dicimus & maſica. Præter hæc alia ſunt quæ plurali numero deficiũt generis quidem maſ. hæc: hic fumus: ſimus: limus: puluis: ſanguis: genuis. generis fœminini hæc: famex: lux: labes: pax: ſitis: tabes: humus. Generis neutri hoc cenum: fœnum: ius: lutum: uulgus: pelagus: uitus: uiſcum: euum: penum. In plurali numero tantum declinantur nomina numerorum: præter unum: quod plurali numero deficit: tãtum ut duo tres. Memineris autem nomĩa numeri ab uno uſq; ad tres declinari a quattuor uſq; ad cẽtum minime. a ducentis uſq; ad nouingentos per omnia genera pluraliter tantum declinari. Eſt etiã unum aptotum neutri generis ſemper eiuſdem numeri hoc pondo.

Præter hæc: alia ſunt quæ in ſingulari numero non declinãtur. Generis qui-

dem maſculini:hi antes:hi carceres:cani:caſſes:fores:fori:liberi:manes:optimates:primates: proceres: pugilares:quirites:ſentes: uepres. Generis fœminini: argutiæ: blāditiæ:cunæ:exequiæ.inferiæ:inſidiæ:inimicitiæ:exuuiæ:manubiæ: primitiæ: bigæ:trigæ: quadrigæ: compedes: delitiæ: diuitiæ:dapes:feriæ:ſcalæ: phaleræ:genæ:facetiæ:indutiæ:kalendæ:idus:nonæ:latebræ: nuptiæ: nundinæ: quiſquiliæ: reliquiæ: tenebræ: antiæ. Generis neutri: arma:mœnia: caſtra:magalia:crepundia:exta:ſpolia:ſerta:pſepia:paſcua:ſponſalia:præcordia:mappalia: cunabula. Item feſtoꝝ deoꝝ noīa:ut Saturnalia:neptunalia:bacchanalia:certis caſibus deficiunt.hæc ſatias quod pter nominatiuū ſingularem nullum caſum admittit. hac ditionem. & ab hac ditione. hoc quoqꝫ nominatiuo caſu utriuſqꝫ numeri deficit præter accuſatiuum & ablatiuū ſingularem. Laterem ſimiliter accuſatiuum tantum lectio uſurpauit. Sponte & tabo ablatiuum ſingularem habent tantum. Tabes nominatiuum & accuſatiuum & ablatiuū numeri ſingularis habet duntaxat. Sunt alia quæ a genitiuo caſu ſingulari declinationis ſumunt exordium:& in utroqꝫ numero recte declinantur:ut Remex gis: frondis:uerberis: ut Lucanus ad ſaxum quotiens ingenti uerberis ictu. Alia duos aut tres tantum caſus habent:in ſingulari numero: ſed in plurali per omnes declinantur ut huius opis:opem ab hac ope.huius uicis & hāc uicē:ab hac uice. Alia ablatiuū habent in ſingulari numero: ut ab hoc frugi: ab hoc opice: ab hac prece:ab hoc uiſcere. Hæc quoqꝫ in plurali numero declinantur. Pauca ſunt quæ cum in ſingulari numero non deficiant in plurali tres tantum caſus habent: de quibus paulo ſuperius diximus:hæc iura;hæc ruta; hæc æra;hæc maria. Vniuerſa nomīa primæ ſecūdæ & quartæ declinationis totidē ſyllabis in genitiuo quot in nominatiuo proferuntur pter unum uir & ſi qua ex eo componuntur. Et quæ in er ſyllabam deſinunt. Tertiæ aut pares habent ſyllabas in obliquis caſibus:aut unā ad ſumunt. Quintæ proculdubio plus una ſyllaba proferri ſolent. Pauca inueniuntur tertiæ declinatiōis:quæ in genitiuo duabus ſyllabis creſcant. Iter itineris: Anceps tis:biceps tis:triceps tis:præceptis tis:iecur iecinoris.lectū eſt & iecoris. Suppellex ſuppellectilis.

De Vocatiuis.

Omnium nominum cuiuſcunqꝫ ſint declinationis uocatiuus ſingularis ſimilis eſt nominatiuo eiuſdem numeri:neqꝫ hoc in dubium uenit. Exceptis nominibus ſecundæ declinationis: quorum uocatiuus diuerſis exprimitur modis. Propria igitur nomina quæ in nominatiuo caſu ſingulari.us.ſyllaba terminantur:adempta us faciunt uocatiuum ut Virgilius uirgili. Terētius terenti.domitius domiti. Præpoſita qualibet conſonante uocatiuum in.e:correptam mittunt: ut hic Turnus: o ne.hic Marcus: o ce. hic lentulus: o le.appellatiua quæ in ius deſinunt uocatiuum in.e. mittūt:ut fluuius o fluuie: ſocius ſocie. Quem ueteres iuxta nominatiuum proferebant uocatiuum ut Virgi. Corniger heſperidum fluuius regnator aquarum: quę conſonante prælata in eandem ſyllabam mittunt; ſiquidem ſunt accidentia uel deriuatiua uocatiuum in.e. mittunt ut doctus cte.ſanctus cte: Romanus romane. hiſpanus hiſpane. Cætera in us.potius quam in.e.ſyllabam exeunt:ſic Lucanus degener.o.populus:&.o.popule lectum eſt.Lucus.o.lucus. Quæ a ueteribus propter aſperitatem uocis: minime uiſitata ſunt: adeo ut rara huiuſmodi declinationis reperiātur exempla: hæc myrtus o myrte & te proxima myrte.

De Ablatiuo

TErtiæ quoq; declinationis nominũ ablatiuus caſus ſingularis duobus modis proferri ſolet:aut in.e.aut in.i.ſed illa quæ in.i.exeunt: cõmunis ſunt generis:& in ntõ.is ſyllaba terminant:ut hic & hæc ſuauis ablatiuo ab hoc & ab hac ſuaui:hic & hæc grauis:ablatiuo ab hoc & ab hac graui. Itẽ neutra quæ in ntõ.e.uel ar.uel al.ſyllabis terminant:hoc ſedile ab hoc ſedili.hoc laquear ab hoc laqueari:hoc animal ab hoc animali. Excepto cum.e.ante.l.habet:ſed cum.a.ante.l.inuenit:ut hoc tribunal ab hoc tribunali:lupercal ab hoc lupercali:& cætera:cũ.e.antecesſerit.l.littera nõ.i.terminat ablatiuus:ſed in.e.ut hoc mel ab hoc melle:hoc ſel ab hoc felle.Item quæ in duas deſinunt conſonãtes in is.uel in ix.duplicem & ſunt accidentia & triũ generꝶ:ut hic & hęc & hoc ingẽs ab hoc & ab hac & ab hoc ingenti:hic & hæc & hoc audax:ab hoc & ab hac & ab hoc audaci. Et quæ in.r.deſinunt maſculini uel fœminini:uel trium ſunt generũ hic & hæc acer:ab hoc & ab hac acri:hic & hæc & hoc par: ab hoc & ab hac & ab hoc pari:& quæ in.im.mittũt accuſatiuum ſunt autem:hęc turris:hãc turrim: ab hac turri.ſitis hanc ſitim:ab hac ſiti:hæc puppis:hanc puppim:ab hac puppi: hæc ſecuris:hanc ſecurim ab hac ſecuri:febris:torquis:uectis:hæc reſtis.hanc reſtim:ab hac reſti.Præterea hæc nauis bipennis.hic ignis:ſimiliter & abltũm in.i. mittunt.quæ ſæpe poetæ per.e.ſolent efferre.Cætera omnia tertiæ declinatiõis nomina abltũm ſingularem in e.mittunt. Explicit nolum tractatus.

¶DE VERBIS INCIPIT.

QVoniam ut opinor:de nomine conuenienter tractatũ eſt.Nunc de uerbo ſicut præfatio pollicetur diſſeremus:cuius omnis ambiguitas in diſcernenda coniugatione & cognoſcendo præterito perfecto uerſat. De his nos pro ingenii uiribus diligẽter docebimus.Nã & cætera multoꝶ expoſitio declarauit.Igitur coniugationes ſunt tres:ut alii quattuor.Quas in ſecunda perſona præſentis tẽporis:modi indicatiui dinoſcimus.Formæ quattuor: perfecta:Meditatiua:Inchoatiua:Frequentatiua.Sed perfectæ formę uerba:omnium ſunt coniugationum:Frequentatiuæ tantum primæ coniugationis.Excepto laceſſo:quod uenit a lacero.Inchoatiuæ:tertiæ duntaxat correptæ:Meditatiuæ tertiæ ꝑductæ uel quartæ.Genera uerboꝶ facili rõne dinoſcuntur:aut.n.actiua ſunt & o.lr̃a terminant:& aſſumpta.r.lr̃a tranſeunt in paſſiua:aut paſſiua & adempta nouiſſima lr̃a.redeũt in actiua:aut neutra ſunt:quæ actum ſignificant:& actiuã hẽnt ſignificatiõem:& in paſſiua minime trãſeũt:aut ſupina:quæ ut actiua quidẽ declinant:ſed ſignificationẽ habẽt paſſiuã:paſſiuã ut uapulo:ueneo: pendeo: aut deponẽtia ſupiori cõtraria:quæ paſſiuoꝶ declinant exẽplo:& ſignificationẽ habent actiuam:neq;.r.lr̃am poſſunt amittere:aut communia ſimilia deponentibus & paſſiuis:ſed agentis & patientis formam ſequunt. Vnde conſtat uniuerſa duobus modis declinari.Nam neutra & ſupina actiuoꝶ: deponẽtia & cõmunia paſſiuoꝶ regulã ſequunt.Sunt præterea neutro paſſiua:quę in ꝑterito perfecto & pluſq̃ perfecto paſſiuã declinationẽ habent: in aliis neutram. Et ſunt hæc ſola ſecũdæ quidẽ coniugationis ut audeo: gaudeo:ſoleo. Tertiæ fido:fio:& ſiqua ex his componuntur:ꝑter hęc:nulla ſunt huiuſmodi declinationis uerba.Sunt alia paſſiua neutra ſuperiori contraria: hæc ſola.Comperior:mereor:diuertor. Nam in præterito cõperi.merui.diuerti.ſicut actiua uel neutra proferunt. Vniuerſa uerba primæ coniugationis:quę in ſecunda perſona as ſyllaba terminantur ac

tiua ſunt ſiue neutra. præteritum perfectum in ui:ſyllabam mittunt: ut amo amaui: aro araui: armo armaui: narro narraui:canto cantaui: nauigo nauigaui: paro paraui: ſeruo ſeruaui. Exceptis nouem: quæ in ui mittunt præteritum: ut Seco ſecui:neco necui:ueto uetui: ſono ſonui: tono tonui: mico micui:crepo crepui:plico plicui:domo domui:frico fricui.Et ſi qua ad nexis præpoſitionibus cōponunt.explico tamen utranq; formam ſeruat in præterito:nā explicui & explicaui dictū eſt. Quattuor huic regulæ refragant.nam neq; in.ui.neq; in aui: exeunt:ſto ſteti:do dedi:lauo laui:iuuo iuui:ſed duo poſteriora qdam ſupioribus applicant errantes.Nam illa in præterito una ſyllaba creſcunt:hæc totidē:in præſenti proferuntur.

❡De ſecunda coniugatione.

SEcūda coniugatio:quam non tamen ſecūda perſona:ſed etiam prima facile declarat.Quoniam omnia uerba quæ in:eo:ſyllaba in prima perſona finiuntur:ſecūdæ ſunt cōiugationis productæ eo:is:& ſi qua ex eo cōpoſita figurant.Et duobus primæ:creo creas: meo meas.ſilr & beo as:præteritū perfectum mittit in ui conſonante præpoſita.præeūte uocali paueo paui:caueo caui:in xi:& in ſi:quæ inter excepta notabimus.Ergo oīa uerba ſecūdæ coniugationis:qualibet cōſonante præpoſita:eo:ſyllaba præteritū pfectum in ui.mittūt: ut habeo habui:debeo debui:rubeo rubui:doceo docui:taceo tacui : miſceo miſcui:iaceo iacui:noceo nocui:arceo arcui:areo arui:egeo egui:ſplēdeo ſplendui: cādeo candui:madeo madui:egreo egrui.lāgueo langui.rigeo rigui:caleo calui: doleo dolui:oleo olui:palleo lui:timeo timui:tepeo tepui:torpeo pui:careo rui: pareo parui:uireo uirui:floreo florui.horreo horrui:cēſeo cenſui:niteo nitui:pateo patui:teneo tenui:caneo canui. Excipiuntur pauca quæ in ſi:ſyllabam mittūt præteritum:iubeo iuſſi:mulceo mulſi:mulgeo ſi:algeo alſi:fulgeo fulſi:ardeo arſi:ſuadeo ſuaſi:maneo māſi:hæreo hæſi:rideo riſi:torqueo torſi:indulgeo indulſi.De urgeo & turgeo ambigit.Alia in:xi:lugeo luxi.frigeo frixi.Illa in ui.præteritum mittūt:quæ in prima perſona modi idicatiui:tēporis præſentis:u:ante:eo: habēt & primam ſyllabam quā in præſenti tempore:breuem in præterito lōgam habētut faueo faui:paueo paui:foueo foui:moueo moui:caueo caui:uoueo uoui:& quæ ex his componuntur.Quæq̄q̄ in præſenti non ſint ſimilia ſuperioribus:præteritum in ui:mittūt producta ſyllaba neo neui:fleo fleui:cieo ciui:impleo impleui:compleo compleui:expleo expleui:deleo deleui.Nō multū ab his diſcrepare uident etiam hæc:quoꝝ prima ſyllaba in præterito ex correpta cadit in productam:ſedeo ſedi:uideo uidi.Cōtra oīum regulam eſt:prandeo prandi. Quædā ſunt in ſecūda cōiugatiōe:quoꝝ præteritū pfectum iterat per primam: hæc ſola.pendeo pependi:ſpondeo ſpopōdi:tondeo totondi:mordeo momordi. Quæ aſſumptis præpoſitiōibus nō eodem modo ꝓferēda ſunt:nā diſpondi:& diſpendi:& rependi:& detōdi dicimus.De neutris paſſiuis aliunde dictum eſt.

❡De tertia coniugatione.

TErtia coniugatio correpta quæ ſecūdam perſonam in is mittit in Imperatiuo modo in e ſolidam conuertit præteritum per has ſyllabas effert: in di præpoſita conſonante in ui præpoſita uocali:in i:conſonāte qualibet præpoſita in ſi:& in xi.Sed illa tamen præteritum in ui:mittūt quæ in præſenti temporis indicatiui modi:u:ante nouiſſimam lrām habent.Vt tribuo tribui:ſtatuo ſtatui:minuo minui:imbuo imbui:obruo obrui.Ex his duo notan-

tur tantum quæ in xi. mittunt præteritum. fluo fluxi. ſtruo ſtruxi. Et quæ in lo ſyllabam exeũt in præſenti.nihilominus præteritum in ui:mittũt:ut uolo uolui: nolo nolui:colo colui:cõſulo conſului. Alo alui. Pauca præterea in eãdem extremitatem mittũt præteritum quanq̃ præſens ſimile ſuperioribus habeant:tremo tremui:gemo gemui:fremo fremui: compeſco cõpeſcui: necto xui:ſterto ſtertui: pecto pexui:texto texui:ſeneſco ſenui:gigno genui:increbeſco ſcrebui:nã increbo nõ inuenitur. Et ſi qua ex his cõponuntur. Vi ſyllaba terminantur in præterito hæc ſola ſperno: ſpreui: ſterno ſtraui: cerno creui: ſero ſeui: tero triui: paſco paui:quæro quæſiui:lino liui: quieſco quieui:cupio cupiui: conſueſco cõſueui: peto petiui: ſapio ſapiui. In di præpoſita conſonante in præterito deſinunt quæ in præſenti.do ſyllaba terminantur præcedente.n. littera: ut ſcando ſcandi:aſcendo aſcendi:deſcendo deſcendi: offendo offendi:pando pandi:prẽdo prẽdi: mãdo mandi. Tria enim in præterito amittunt:fundo fudi: linquo liqui: ſcindo ſcidi. Sic lucanus ait:Scidit & in medias fecit ſibilator a terras. Et quæ minus una ſyllaba proferuntur: producta prima ſyllaba in præterito quæ in præſenti corripitur:ut Capio:cœpi. Iacio ieci:fugio fugi:fodio fodi. Pauca præterea eandem clauſulam habent nouiſſima littera præſentis temporis in.I.cõuerſa:ut uinco uici:rumpo rupi:ſoluo ſolui:cudo cudi:uoluo uolui. In ſi præteritum mittunt ſyllabam uerba quæ in præſenti.do uel mo. ſyllabis terminãtur ſi ſit natura longa penultima: ut ludo ſi.lædo læſi: cædo ceſſi: plaudo plauſi: trudo truſi: rado raſi:illido illiſi: allido alliſi: promo prompſi: ſumo ſumpſi: demo dempſi:reſumo reſumpſi. Et prio quãuis correpta ſit penultima in eadẽ ſyllaba exit: Et quicquid ex eo componitur: ut præmo preſſi: exprimo expreſſi. cõprimo compreſſi: & quæ in bo uel in.po.ſyllabas deſinunt:ut ſcribo ſcripſi.nubo nupſi:ſcalpo ſcalpſi:repo repſi:ſerpo ſerpſi: ſculpo ſculpſi: Præter hæc pauca ſunt quæ non eadem extremitate finiuntur in præſenti. præteritum tamen ĩ ſi.ſyllaba mittunt: ſpargo ſparſi: mergo merſi:mitto miſi:uro uſi: tẽno tempſi:cõtemno ſi:concutio cõcuſſi: gero ſi. Et ſi qua ex his in compoſitam figuram tranſeunt. In.xi.ſyllabam in præterito deſinunt. Verba quæ in præſenti.go. ſyllaba terminantur:ut cingo cinxi:pingo pinxi:ſugo ſuxi:affligo afflixi:pergo perexi:rego rexi:diligo dilexi:intelligo intellexi: fingo fixi: tego texi. Excipiuntur tria in go: deſinentia quæ in ſuperioribus notauimus. Et alia quattuor quæ nõ in xi.ſed in gi mittunt p̃teritũ tango tetigi:frãgo fregi:lego legi: ago ãgi: Et ſi qua ex his cõponunt̃ ſimplicium formã ſequunt̃. his ſimile ẽ. Impingo: quod impegi facit præteritũ. Præter hæc in.xi.pręteritũ mittunt:uiuo uixi:coquo coxi: mingo minxi: illicio illexi:aſpicio aſpexi:flecto flexi:duco duxi:dico dixi: ueho uexi:traho traxi:ſunt tertiæ coniugationis uerba q̃ primã ſyllabam in p̃terito duplicant:q̃ oĩa ſubiecta ſunt:ut pello pepuli. tango tetigi:fallo fefelli pendo pepẽdi: tẽdo tetendi: pugno pupugnĩ ſed & punxi dicimus. tundo tutudi: cado cecidi: cedo cecidi: pario peperi:cano cecini:diſco didici:poſco popoſci: parco peperci facit & parſi:curro cucurri:pedo pepedi. Hæc adiunctis præpoſitionibus non eodem modo p̃ferenda ſunt:nã duplicatã ĩ ſimplici figura ſyllabam ĩ compoſitione amittunt. Dicimus enim ſic expendo expendi:decurro decurri:refello refelli:compello compuli:concido cõcidi. Sed ex his duo ſola p̃poſitionibus adnexis:in ſuo ſtatu manẽt diſco & poſco Nã dedidici & depopoſci faciunt præteritum. cõcino aũt neutrã regulam ſequi

tur concinui facit:Et ſi qua cõpoſita in eadẽ coniugatione.Q uoniam nouiſſimã ſyllabã geminãt in præterito illa uidelicet quæ ado uerbo primæ coniugationis componũtur cõdo cõdidi.reddo reddidi.trado tradidi.ſubdo ſubdidi.prodo ꝓdidi.addo addidi.abdo abdidi.Similiter proferuntur credo credidi: uendo uendidi.Excepto circundo:dedi:quod ſecundam perſonam facit:circundas & eſt primæ coniugationis.

De quarta coniugatione.

QVarta coniugatio uel tertia producta:quam imperatiuus modus prodit:lĩam in fine conſeruat:præteritũ perfectum in ui. ſyllabã mittit uel in duplicem ii:ut audio audiui.uel audii.munio muniui.uel munii.ſeuio ſeui uel ſeuii.linio liniui uel linii.mollio molliui uel mollii.finio finiui uel finii.punio puniui uel punii:ſopio ſopiui uel ſopii.accio acciui uel accii.ſcio ſciui uel ſcii:hinnio hinniui uel hinnii.Exeo ui.uel exii.Inio iniui uel inii.Cætera his ſimilia:pauca in ſi.exeunt & ſunt hæc fere:ſarcio ſarſi.fartio farſi.haurio hauſi.ſepio ſepſi.ſentio ſenſi.Alia in.xi.ſola hæc ſantio ſanxi.fulcio fulxi.uincio uinxi. unũ iuenitur quod primã ſyllabã in præſenti corripit:in præterito producit. uenio ueni.Et compoſita ex eo in hunc modũ proferunẽ:apetio aperui.cuius compoſitum diſſentit:repperio repperi.in as fere ſyllabas omnia uerba quartæ coniugationis norma complectitur in præterito deſinũt:ſed ne quid ambiguitatis poſſit eſſe lectoribus non diſſimulabimus.de illis dicere:quæ rõne refragantur:ſunt enim uerba:quæ in perſonis deficiunt:& imperſonalia dicunẽ:alia in modis:alia in temporibus:alia cõiugationibus:alia participiis:de his exponemus: & primũ de imperſonalibus:quæ aut ſunt ſecundæ coniugationis:aut tertiæ quantum ex tertia perſona contẽplari licet:eorũ:alia accuſatiuũ trahunt:ut pudet:tedet : piget:pœnitet:miſceret:decet:alia dtũm:ut licet:liquet:libet.V num eſt quod caſu non indiget:oportet:& omnia præteritum in ui ſyllabã mittunt:ut puduit:piguit:pœnituit:licuit:libuit:decuit.Præter tria quoq; duo deficiunt in præterito:liquet:& tedet:unũ quaſi paſſiuam habet declinationẽ miſeret:nã miſerrũ eſt dicimus:licet tamẽ:& libet ad hanc ſimilitudinẽ ꝓferri poſſunt:licitum eſt:libitũ eſt. Et tedet in compoſita figura perteſum eſt. Tertiæ coniugationis imꝑſonalia datiuum caſum aſſumunt:ut contingit:euenit:accidit:expedit.Q uædã primæ coniugatiõis imꝑſonalia reperiunẽ:ut iuuat præſtat:quæ & aliter declinari poſſunt: ſed omnia tam in futuro imperatiui modi quam infinitiui:nec non etiam gerundiis participialibus participiis utriuſq; tẽporis deficiũt.Defectiua in modis ſunt hæc.Q uæſo quod primam perſonam habet indicatiui modi duntaxat:licet quę fere lectũ ſit apud Salluſt.& Tullium.Ouat:in fit:hæc quoq; tertiam ꝑſonam habent ſolam:ſed ouat participium facit præſentis temporis ouans cũ in diffinitione uerbi deficiat.Similiter auſim:& perdiunt pro perdunt dicunt:& inquã in primam perſonam contra morem omnium profert: utrunq; numerum modi indicatiui præſentis temporis inquam imperatiuum numeri ſingularis habet tantũ: nam inque apud Terentium lectum eſt:aio præſens & pręteritum imperfectum habet tantum. Faxo futurum tempus tantum uel ut alii promiſſiuum modum oſtendit.Salue ſaluete:imperatiui modi ſecunda perſona utroq; numero lectum eſt:& ĩfinitiui modi præſens tempus ſaluere : Cedo & aue ſimiliter & imperatiui perſonam habent numeri ſingularis : cedo etiã numeri pluralis lectum eſt apud

Plantum cedite mihi pro dicite. Et in coniugationibus & in præterito deficiunt hæc: Fero fers præteritũ facit tuli: Sum es eſt fui: ferio is percuſſi: tollo tollis ſuſtuli facit. Edo es edi: hoc infinitiuũ præſentis temporis non in. re. ſyllabã: ſed in ſe: contra morem omniũ mittit. eſſe. enim dicendũ eſt. Volo uis uolui: hoc quoq; incertæ eſt coniugationis: & in futuro imperatiui & infinitiui modi deficit. & gerũdiuis uel participialibus quæ ſupina alii dicunt: meto meſſui: nã aliter proferri non poteſt: pelleo: ſiſto: ſimiliter & gliſco & quatio nullum habent præteritũ.
¶ Memineris tamen inchoatiuæ formæ uerba quia in præterito perfecto deficiunt.

¶ De participiis.

PArticipiis carent Verba alia præſentis tẽporis alia futuri: alia utriuſq;: in præſenti: itaq; deficit Sum & quæ ex eo adiectis præpoſitionibus cõponuntur. Præter duo abſens & præſens. Quæ a uerbis abſum & præſum ueniunt: Et eo uerbũ in participio nominatiui caſus numeri ſingularis deficit in cæteris recte declinatur. Compoſita quædam etiam nominatiuũ habent ut præteriens abiens: futuri temporis participia non habent in primis. Verba formæ inchoatiuæ ut horreſco: caleſco: & his ſimilia. Deinde omnia ſecũdæ coniugationis: quæ ſunt generis neutri: & in formã tranſeunt Inchoatiuã: ut horreo: caleo: tepeo: niteo: pateo: ſtupeo: ſplendeo: uigeo: uireo: rigeo: floreo: paueo: rubeo: tabeo: madeo: tumeo: ſileo: paleo: ferueo: timeo: lateo: nam & hæc aſſumptis præpoſitionibus faciunt inchoatiua: ut pertimeſco: & diluceſco. Valeo tantum cum faciat conualeſco. In participio futuri temporis minime deficit: nã ualiturus dicendum eſt. Sunt alia præterea: quæ non tranſeunt in formã inchoatiuam eiuſdem coniugationis & generis: & nihilominus in participiis temporis futuri deficiunt: ut egeo: mereo: palleo: calleo: ſtupeo: præter hæc & uolo caret participio futuri temporis: ut nolo. Et quæ ex illis cõponuntur: Similiter & metuo: fluo: ſitio: tremo: ſeuo: ſereo: algeo: diſco: paſco: furio. Quæ uerba primitiua futuri temporis participiis carent. Similiter carent participiis impersonalia omnia: de quibus ſuperius docuimus: & defectiua illa uidelicet quæ ordine declinari non poſſunt: ut aio: quæſo: inquam: ſaxo: ſalue: aue: cedo: & poſſum ſimiliter & ſoleo. Sunt uerba: quæ prima perſona confuſa habentur: quorum ſignificationem ſecunda perſona coniugationis diſcernit: dico as correpta priore ſyllaba dico cis: producta: fundo fundas: fundo fundis: uolo uolas: uolo uis: appello appellas: appello appellis: compello compellas: compello compellis: mando mãdas: mando mandis. Sunt alia quæ ex diuerſa forma præſentis temporis in præterito confunduntur: paueo ui: paſco paui: cerno creui: creſco ui: acuo acui: aceo acui: lugeo luxi: luceo luxi: pendeo pependi: pendo pependi: frigeo frixi: frico frixi.
Sunt quæ idem habent præſens & præteritum perfectum hæc ſola: odi: noui: cepi: memini: pepigi: hæc in imperatiuo modo præteritũ memini quod memento facit deficiunt: & in futuro: & in infinitiuo modo & in ſupinis: nec non etiam & in participiis utriuſq; temporis. Vnum ex his odi duo participia facit: præteriti temporis figuræ compoſitæ exoſus: & peroſus. Sunt alia quæ in omni declinatione ſecundæ ſunt coniugationis: & in infinitiuo quaſi tertiæ correptæ proferuntur. Fulgeo infinitiuum fulgere facit: ferueo feruere: obſideo obſidere.

¶ De Paſſiuis.

VErba tam paſſiua q̄ deponentia nec non etiā cōia cuiuſcūq; coniugationis præteritum perfectum in has ſyllabas mittūt:in tus:in ctus:in ſus: in xus:adiuncto in oībus ſum uerbo:ut amor amatus ſum:doceor doctus ſum:patior paſſus ſum:nitor niſus ſum. Notantur pauca quæ in præterito deficiunt paſſiua qdem hæc feror:ferior:tollor:faciūt enim præteritū latus ſum: ictus ſum:ſublatus ſum:Poſcor nāq; hoc quoq; deficit:in p̄terito poſtulatus ſum: arguor conuictus ſum:ſilr & metuor:& timeor nullum hēt p̄teritū pfectum.Deponētia uero hæc Veſcor:fruor:medor:liquor:reminiſcor quæ in præteriro ſic proferunt:paſtus ſum:potitus ſum:medicatus ſum:liquefactus ſum:recordatus ſum.Q uæ ab alio præſenti ueniūt:ſed ad ſupplementū declinationis defectiuis accōmodantur:ſunt quædam deponentia incertis cōiugationibus hæc ſola:potior:orior:nam in ſecūda perſona numeri ſingularis tertiæ productæ ſunt:hoc eſt quartæ coniugationis & præſenti tēpore infinitiui modi:oriris enim & potiris ēt oriri & potiri dicimus.Reliqua ad exemplū tertiæ correptæ declinant.Sūt alia quæ ex diuerſo ueniūt præſenti & in præterito cōfundunt:ut patior paſſus ſum: pādor paſſus ſum:ut apud Virg.Crinibus iliades paſſis.Item uertor uerſus ſum: ut apud eundē.Et uerſa puluis inſcribitur haſta.Sunt alia imperſonalia:quæ aſſumptis præpoſitionibus ablatiui caſus declinant:& a uerbis neurri generis figurantur uel actiuis quæ dtūm caſum in ſeric orōnis admittunt:ut ſedet:ambulat: ſtatur:pugnat:itur:ſtudet.Veniūt.n.ut dictum eſt a neutris:ſedeo:ambulo:ſto: pugno:eo ſtudeo.His enim græcoꝝ iactātiam:ſi qua de copia ſermonis exercēt: retunduimus qđ nec ꝓpria nequeūt explanare:ſilr nocet & ſuadet & datur ꝓſerimus:quæ in actiua ſpecie dtō caſui iungunt.Sunt quæ in participiis deficiunt: ut fruor:medeor:& reor:quod de præterito tamen habet participium:& in præſenti & in futuro deficit.Item naſcor futuri remporis participio caret.Et imperſonalia ſicut in actiua declinatione participia nulla hñt:niſi poetica uſurpauit licentia:ut regnata percuſſa pugnata futuri:ut uigilanda uiris & his ſimilia.

Phocæ clariſſimi grāmatici ars de noīe & uerbo fœliciter explicit.

PRISCIANI CAESARIENSIS CLARISSIMI GRAMMATICI EPITOMA.

OMnia noīa qbus latina utitur eloquentia:qnq; declinationibus inflectunt:quæ ordinē acceperunt ab ordine uocaliū formātium genitiuos.Prima igit eſt declinatio: cuius gtūs ſing.in æ diphthōton deſinit:ut hic poera huius poetæ.Secūda eſt cuius gtūs ſing.in i:productū deſinit:ut doctus huius cti.Terria in is breuē:ut hic pr̄ huius patris.Q uarta in us productā:ut hic ſenatus huius ſenatus.Q uita in ei diuiſas ſyllabas:ut hic meridies huius meridiei:hēt ergo primæ declinationis ntūs lr̄as terminales duas a:& s:terminatiōes uero tres a as:es:productas:ut hæc ſyllaba.huius bæ:hic æneas huius æneæ:hic anchiſes huius anchiſæ:in a deſinentia ſeu græca ſint ſeu latina:maſculina ſeu fœminina uel cōmunia priæ declinatiōis ſunt:ut

hic citharista huius citharistæ: hic ſcriba huius ſcribæ: hæc caliopea huius caliopeæ: hæc regina huius reginę: hic & hæc aduena huius næ. Excipiuntur nouem noīa mobilia: una: ulla: nulla: ſola: tota: alia: altera: utra: neutra: quæ declinationē pronoium hñt: in ius terminantiū gtōs: quomodo ea quæ ex his compoſita ſunt: ut aliqua: nequa: ſiqua: Neutra uero in a græca tertiæ ſunt declinationis: gtūs. n. græcus tos in tis cōuertūt apud nos: ut hoc poema huius tis: emblema tis: toreumatis. Lrarum uero noīa tam apud græcos ꝗ apud latinos indeclinabilia ſunt: & neutra: ut α β: a b: In as uero uel in es græca quæ apud gręcos in ου diphthongon terminant: gtūm primæ declinationis ſunt: apud latinos: ut ο λυσιας ου: hic lyſias huius lyſiæ: αντιου hic antas huius antæ: ο πριαμιδης ου: hic priamides huius dę. Sciendum eſt aūt ꝙ ſi patronymicoꝝ formæ inueniant̃ propria noīa ſm tertiā declinationē magis ueteres ꝓferūt: ut hic thucydides huius didis: hic euripides huius dis. Similiter ꝓferunt eiuſdem terminationis barbara: ut hic tygranes huius tygranis: hic mitridates huius tis: hic ariobarzanes huius nis: & in aliis qbuſdam græcis auctoritate idē feciſſe auctores inueniunt̃: ut hic orontes huius tis. Secūda declinatio terminales tres habet lras. r. s. m. Terminationes uero ſex: er: ir: us: eus: um. Er: ut ſacer: ir. ut uir: ur: ut ſatur: us: ut magnus: eus. ut tydeus: um: ut templū. In er deſinētia ſi a græcis ſint ρος in er cōuertentibus apud nos & quæ fœminina ex ſe faciūt in a deſinentia: & quę s & t habēt ante er niſi ſint poſſeſſiua: ut campeſter: ſilueſter: ſecūdæ ſunt declinationis: ut hic menāder huius dri: hic alexander huius dri: tener ri: ſacer cri: faciunt. n. tenera ſacra: hic oleaſter: huius ſtri: hic apiaſter huius ſtri: excipit̃ hic ſequeſter huius ſtris: quod quāuis tertiæ declinatiōis ſit: tm̄ fœmininū in a facit: ut hęc ſequeſtra: quis uetuſtiſſimi ſecūdæ declinationis rōnabilius hoc protulerunt: ut hic ſequeſter huius ſtri. Alia uero oīa in er deſinentia tertiæ ſunt declinationis: ut hic pater huius patris: & hęc mulier huius mulieris: hic & hęc pauper huius pauperis: hoc tuber huius tuberis: excipiunt̃ puer pueri: Socer ſoceri: fiber fibri: cancer cancri: liber libri: culter cultri: faber fabri. In ir duo inueniunt̃ maſculina ſecūdæ declinationis: ut hic treuir ri: quod eſt gentile: & hic uir huius uiri: & ex eo compoſita ut leuir: duū uir: triūuir: ſemiuir. Præterea neutra duo inueniunt̃ in ir: unū tertiæ declinationis: ut hoc gadir: huius diris: nomen ciuitatis: & hoc ir: quod gręci θεναρ dicunt: indeclinabile. In ur uero unū maſculinū cuius femininum in a deſinit inuenitur ſecūdę declinationis: ut hic ſatur ri: Alia uero omnia tertię ſunt declinationis: ut hic furfur huius ris Τοπιτουρον. hic & hæc fur furis φωρ: ρος. hoc ſulfur ris θειον. In us correptam s: uel t: uel x: antecedentib9 ſi ſint rerū incorporaliū uocabula: maſculina ſunt & quartę declinationis: ut hic riſus huius riſus: hic uiſus huius uiſus: tumultus: metus. Sexus: luxus: ſimiliter quartæ declinationis ſunt: quæ ex his componuntur ut hic Senatus a ſenibus & natu: huius ſenatus: & quæ cognominatim ex his prolatis fixa ſunt: ut magiſtratus huius tus. ο αρχοντου αρχοντος και η αρχη: hic exercitus: huius tus: ο στρατος του στρατου και η αστρατεια: hic ſaltus Το αλσος και η πηδησις: huius: tus: eiuſdem præterea quartæ ſūt declinationis quædam: quæ cū ſint fixa intus deſinūt aliqua pręcedente cōſonante in eadem ſyllaba ante t poſita: ut hic fluctus huius fluctus: hic qſtus huius quæſtus: hic rictus huius ctus. Excipit̃ lectus. ηκλινη ti. Nam iniuſtus facit iniuſta. Similiter q̄rtæ ſūt declinationis: quę per ſincopam a ſupradictis incorpora

libus proſeruntur:ut portatus portus:arctatus arctus:arcitus a uerbo arceo:artus.Laqueatus:lacus uultus quoq; ipſa res eſſe uidet̃ a uerbo uolo.quomõ a colo cultus. Alia uero oĩa ſupradictæ terminationes noĩa maſculina ſunt ſecundæ declinationis: ut hic bonus huius ni. humerus ri.uentus ti. quãuis uideatur hoc quoq; ſile eſſe in corporali:quod a uerbo uenio naſcit̃ ex quo compoſitũ eſt aduentus.Sanctus cti.ſomnus ni.excipiuntur gradus. Sinus:currus:ficus.qđ ẽ uitium corporis & tonitrus: & cornus.quæ ẽt neutra ſunt in.u.deſinentia:& unum tertiæ declinationis:ut hic lepus huius ris. Nã ſpecus & penus ram maſculini q̃ fœminini & neutri generis inueniunt̃ & ſecundæ & tertiæ & quartæ declinationis.ut hic penus huius peni.& hoc penum huius peni. & hoc penus huius penoris:& hoc penu huius penu. Similiter hic ſpecus huius ſpeci.& hæc ſpecus huius ſpeci:& hoc ſpecu huius ſpecoris:& ſpecũ huius ci. In us correptã deſinentia fœminina ſi ſint ꝓpria uel appellatiua aut græca in os deſinentia: apud græcos uel arboꝝ nomina ſecundæ ſunt declinationis:ut Tyrus huius tyri.Cyprus huius cypri.arctus cti.pylus pyli.cupreſſus cupreſſi.pyrus ri.arbutus arbuti:pinus pini.alnus alni. Excipiuntur quinq; noĩa quæ tã quartæ q̃ ſecundæ declinationis inueniuntur:ut quercus:laurus:pinus:cornus:ficus:& unum tertiæ declinationis:ut hæc uenus ueneris. Alia uero omnia in us correptã deſinẽtia fœminina quartæ ſunt declinationis: ut hæc manus. nurus. ſocrus. porticus.anus.Excipiuntur aluus alui.& humus mi.& hæc domus huius domi. uel domus:& hæc colus huius coli uel colus. Neutra in us deſinentia ſeu ꝓducta ſeu correpta tertiæ ſunt declinationis: & in ris terminant gtũm: ut ius iuris: plus ris: munus ris: pondus ris:pectus ris:corpus ris:maius ioris:minus ris.Excipiuntur pelagus gi: quod græcũ eſt:& uulgus gi: quod & maſculinũ eſt: & uirus ri:& pus indeclinabile. Itẽ in us correptam cõia duo inueniunt̃ tertiæ declinationis ut hic & hæc & hoc uetus ris: hic & hæc ligur liguris: quod eſt gentile: & duo monoſyllaba q̃ producũtur in ntõ:ut hic & hæc ſus:is.grus:is. Nam mus ris:dictũ eſt a græco: μυσ mutauit.υ.in.u: longã.Nullum enim latinũ nomen maſculinum in us.productam deſinit.græca igitur in us productã ſi apud græcos in dos finiunt:genitiuum apud latinos dos in dis conuertunt per eũdem caſum ut. οιδιπους δος. hic œdipus huius œdipodis.ομελαμπους δος. hic melampus huius dis.Latina uero quæ in ſupradictam ſyllabã in us productam deſinũt ſine dubio fœminina ſunt & tertiæ declinationis:ut hæc ſeruitus huius ſeruitutis:ſenectus tis:iuuẽtus:tellus:ſalus:palus: & quæ de eoꝝ & aliorũ noĩum:ultimis & penultimis ſyllabis græcorum.Latius in ſexto de noĩe libro docuimus. In eus deſinentia græca ſunt tñ & ſecundæ declinationis ut hic tydeus huius tydei.orpheus orphei.Oyleus oylei:in um deſinentia oĩa ſecundæ declinationis ſunt:ut hoc templum huius templi:palladium dii:palatium tii.

TErtia declinatio hẽt lr̃as terminales: decẽ a e o c l n r s t x.A ut poema: e ut ſedile.o. ut uirgo .c. ut lac: lactis.l. ut ſol. n. ut numen.r. ut orator. s. ut ciuitas.t.ut caput.x.ut hic & hæc & hoc fœlix: in.a.neutra & in e correptam & in.o. oĩa tertiæ ſunt declinationis: ut hoc toreuma huius tis: hoc monile huius lis. Sedile:ouile caro & hæc uirgo:hic & hæc hõ.excipitur hoc cepe quod aptotum eſt dicit̃ tñ & hæc cepa huius cepæ in.c.uel.l.uel.n.uel.t.uel.x.deſinentia omnia tertiæ declinationis ſunt: ut hoc alec huius cis:cõſul lis:titan nis.

Sinciput tis: fallax cís. In er deſinentía ſi non ſunt ſecũdæ declinationís: de qua ſuperius docuimus ſine dubio tertiæ ſunt: ut hoc boſtar ris: augur ris: ager ris: hæc ſoror ris: hic & hæc felicior ris: hoc laquear ris. In s uero deſinentia in qnqꝫ declinationibus inueniunť p antecedẽtes igiť per uocales ea díſcernamus. In as deſinẽtia latina qdem oĩa ſunt tertiæ declinationis. Græca uero quæ in os terminant gtũm apud græcos: ut hic mecœnas tis: arpías tis: ciuitas tis: pietas tis: hic athlas tis: hæc palas dis. In es correptam oĩa ſunt tertiæ declinationis: ut hi● miles tis: hæc ſeges tis: hic & hæc teres tis. In es pductam græca qdem quæ gtũm græcũ in ουσ uel in εοσ terminant tertiæ ſunt declinationis: ut ο ερμογενησ uel ουσ: hic hermogenes huius nís. ο ετεοκλησ hic Eteocles huius clís. Latina uero ſi ante s i habuerint qntæ ſunt declinationis: ut facies faciei: ſeries ei: dies diei. Excipitur qes tis: cuius cõpoſitũ reqes tis: & reqei facit gtũm. Alia uero omnia tertiæ ſũt declinationis: ut hic Vlyxes huius ulyxis: hic uerres ris: hęc cedes dis: nubes bis: amnes: hic & hæc hæres huius dis: præſes: hic & hæc locuples tis. Excipiuntur res rei: & ſpes ſpei: plebs plebei: qđ & plebs bis dř. In is omnia tertiæ ſũt declinationis: ut hic collis huius collis: ſannis huius nis: hęc Neapolis huius lis: dis tis: hic & hęc utilis. In os quoqꝫ correptam omnia latina in os productam uel in us græca tertiæ ſunt declinationis: ut hic flos ris: nepos tis: dos tis: hic & hæc cuſtos dis: hic heros is: hermos is. Sed de pẽultimis & eoꝝ alioꝝ omniũ in ſexto de noie libro. Latius ut ſupradictũ eſt iuenies. In aes: uel in aus diphthongõ deſinentía: & omnia quæ in duas conſonantes deſinũt tertię ſunt declinationis: ut hic præs huius dis: hoc æs huius æris: fraus dis: laus dis: ars tis: mons montis.

QVarta declinatio terminales lr̃as duas habet s: & u: terminationes uero ſimiliter duas us & u. In us qdem maſculinoꝝ & fœmininoꝝ. In u uero neutroꝝ: ut hic uultus huius uultus: hæc manus huius nus: hoc cornu huius cornu: hoc gelu huius gelu: hoc genu huius genu. Sed in us terminatorum regulas ſuperius tractauimus qñ de ſecũda docebamus declinatione. In u uero deſinentia neutra inueniunť indeclinabilia in ſingulari numero: in plurali uero ſecundum quartam declinationem inflectuntur.

QVinta declinatio unam habet terminationem in es productam: de qua ſuperius oſtendimus qñ de tertia declinatione diſſerebamus: ut hic meridies huius ei: hæc ſunt de obliqs caſibus quintæ declinationis.

PRimæ declinationis gtũs & dtũs ſingularis in æ diphthõgõ deſinũt: ut huius poetæ: huic poetæ: actũs in am: ut hũc poetã: utũs & abltũs in a: ut o poeta: & ab hoc poeta. Ntũs & utũs plurales in æ diphthongon: ut hi & o poetæ: gtũs in arum: ut horũ poetarũ: dtũs & abltũs in his: ut his & ab his poetis: & fœminina mobilia duũ generũ quæ naturaliter mobilia ſũt differentiæ cã notanť: ut deabus filiabus: natabus: equabus: animabꝰ: aſinabus: mulabus: actũs in as: ut hos poetas. Sciendũ eſt tamen ꝙ in græcis noibus eſt: quando græcis utuntur terminationibus auctores per diuerſos caſus tam ſingulares: q̄ plurales: ut huius familias genitiuus caſus latinus huius familiæ.

SEcũdæ declinationis gtũs in i deſinit: ut hic magnus huius magni: dtũs & abltũs in o productam: ut huic & ab hoc magno: actũs in um: ut hũc magnũ: niſi neutra quoꝝ actũs ubiqꝫ ſeqtur ſuũ ntũm: ut hoc pelagus: hoc laquear: utũs qñ ntũs in er uel in um deſinit ſimilis erit ei: ut hic uir & o uir:

hoc templũ & o tẽplũ:qñ uero in ius finit̃ ntũs:ſi ſint propria noia abiecta us ſit ntũs ut Virgilius o uirgili:hic Terẽtius o terenti:in aliis uero noibus terminantibus mutatione us in e fit utũs:ut magnus o magne:ſocius o ſocie:inuenit̃ unũ nomen:ut filius o fili & o filie:duplici prolatum utõ ueteres tñ aliqñ aut metri uel euphoniæ cã nominatiuis utunt̃ ꝑ uocatiuis. In eus deſinentia græca ſunt tamẽ & utũm ſeruant græcũ:quõ & actũm:ut hunc orphea: Et hoc frequentiſſime in oibus græcis noibus inuenies qñ dicimus in multis caſibus fieri ntũs & utũs plurales ſecũdæ declinationis per i finiunt̃:ut hi & o magni. Neutra aũt tam eius:q̃ aliaꝝ declinationũ in q̃bus inueniunt̃ ntũm actũm & utũm pluralem in a terminant:quomodo fit apud græcos genitiuus pluralis ab ablatiuo ſingulari addita rum profert̃:ut ab hoc magno:hoꝝ magnorum datiuus & ablatiuus in is:ut his & ab his magnis:accuſatiuus in os:ut hos magnos.

TErtiæ declinationis gtũs in is correptam deſinit:ut hic rex huius regis: dtũs in i:ut huic regi:accuſatiuus in pleriſq; in em exit:ut hũc regem;in paucis uero in im:ut hunc tybetim:hanc reſtim:puppim:turrim:ſitim: de quibus in. Vii. de nomine libro latius expoſuimus:uocatiuus ſimilis eſt nominatiuo:ut hic rex o rex:in græcis autem nominibus licet uocatiuo uti græco ſicut ſuperius dictum eſt:ut tybri pater ablatiuus in q̃buſdam per e correptam:ut ab hoc rege:in q̃buſdam per i ut tyberi:in q̃buſdam per e & per i:ut a fœlice uel fœlici:ntũs actũs & uctũs plurales tertiæ declinationis in es productam deſinũt:ut hi & hos & o reges:in q̃buſdam accuſatiuis etiam is finit̃:ut hos & has omnes uel omnis gtũs pluralis plerũq; in um non antecedẽte i:ut a rege regum:in q̃buſdam antecedente i:ut horum montium:de quibus in. Vii. de nomine libro docuimus:dtũs & ablatiuus in bus:ut his & ab his regibus.

QVartæ declinationis gtũs ſing. in us productã deſinit:ut hic ſenatus huius tus:dtũs in ui:ut huic ſenatui:actũs in um:ut hunc ſenatũ:utũs autẽ ſimilis eſt nominatiuo:ut o ſenatus:abltũs in u productam:ut ab hoc ſenatu eiuſdem declinationis ntũs pluralis actũs & utũs in us productã; ut hi & hos & o ſenatus:gtũs in uum:ut horum ſenatuũ:dtũs & abltũs in bus: ut his & ab his ſenatibus.

QVintæ declin. gtũs & dtũs ſingularis in ei diuiſas ſyllabas proferunt̃:ut huius & huic diei actũs in m. ut hanc rem:ntũs ſimilis eſt utõ: ut o res: abltũs in e productã:ut ab hac re ntũs actũs & uocatiuus plurales eiuſdem declinatiõis in es productam exeũt:ut hæ & has & o res:gtũs pluralis adiecta rum ſyllaba:ablatiuo ſingulari:ut ab hac re harum rerum: datiuus & ablatiuus in bus:ut his ab his rebus:& hoc quidem compendii cauſa:ad inſtruendos pueros ſufficiat in præſenti dixiſſe:perſpicationem autem regulam & rationem:tam penultimarum ſyllabarum quam ultimarum:quæ ad omnium pertinent nominum declinationes in. vii. libris:quos de nomine ſcripſimus diligentius inuenire licet:& maxime in. vi. & in. vii. q̃ de nominatiuo & obliquis caſibus compoſiti:multorum teſtimoniis nituntur auctorum.

PRonoia de q̃bus nulla dubitatio eſt:ſunt apud latinos. xv. primitiua q̃dẽ. viii. ſunt primæ pſonæ:unũ ego:& ſecũdæ unum. tu. tertiæ uero ſex. ſui. ille:ipſe hic:iſte:is:deriuatiua. vii. meus:tuus:ſuus:noſter:& ueſter: noſtras:& ueſtras:habẽt ergo primitiua duas declinationes:deriuatiua

uero duas uel tres. Vna quidem primitiuorum eſt declinatio: quæ tam gtũm quam
dtũm in i terminat: actũs & abltũs in e productam: ut ego tu mei: tui: ſui: mihi: ti-
bi: ſibi: me: te: ſe: a me: a te: a ſe: utũm. n. ſecunda tantũ habet perſona: q ſimilis eſt
ntõ ut tu: & o tu: pluralis primæ & ſecũdæ perſonæ ſimiliter declinantur. Nam
tertiæ pronomẽ ſuprapoſitũ. i. ſui: qd' ntũm nõ habet. cõmune eſt utriuſq; nume-
ri. nos: uos noſtrũ uel noſtri. ueſtrũ uel ueſtri: nobis uobis: nos: uos: a nobis: a uo-
bis. in plurali aũt numero: ſecũda tantum habet perſona utũm q ſimilis eſt ntõ &
actõ: ut o uos. ideo autem ſui ntũm non habet: qa nec apud græcos habet: hoc au
tem in libro q eſt de pronomine latius tractauimus. Altera uero declinatio eſt in
reliquis quiq; primitiuis: quorum gtũs in ius dtũs: in i deſinit per tria genera: actũs
autem & abltũs ſingulares & omnes caſus plurales in maſculino qdem & neutro
ſecũdæ declinationis nominũ terminationes ſeruant. in fœminino uero primæ:
ut ille: illius: illi: illa: illius: illi: illud: illius: illi: illũ: illã: illud. Neceſſe eſt enim neu
tra nomina ntũm actũm & utũm ſimiles habere. ab illo: ab illa: ab illo: illi: illæ: il-
lã. Notandum eſt tamen q hic & hæc & hoc: huius: huic: drũm ſemper in. c. termi
nat differentiæ cauſa propter hui interiectionem. A ſeptem autem deriuatiuis:
quinq; qdem ſecũdũ mobiliũ nominũ regulam declinantur. i. maſculina & neu-
tra ſecũdæ declinationis: fœminina uero primę & ſunt hæc: meus: tuus: ſuus: no-
ſter: & ueſter. Reliqua uero duo. i. noſtras: & ueſtras: cõia ſunt: & tertiæ declina-
tionis: ut hic & hæc noſtras tis: & ueſtras tis: inueniunt tamẽ nouem nomina mo
bilia: quæ qa declinationẽ habent pronominũ: inter pnomina qdam ea poſuerũt
ut quis quę: quod: cuius: cui. Vnus: una: unũ: unius: uni: ullus: la: ullũ: ullius: ulli:.
nullus: la: lum: nullius: nulli: Solus: la: lum: lius: li: totus: tota: tum: totius: ti: alius
alia: aliud: alius: alii: uter: utra: trũ: utrius: utri: alter: ra: rũ: ius: teri. Similiter decli-
nant & quæcũq; ex his componunt. excipit hoc: neuter huius neutri. uetuſtiſſi-
mi tamẽ & neutrus protuliſſe inueniunt. qs uel q: actũm in em: terminat: ut quẽ
& abltũm tam in o: q̃ in i: ut a quo uel a q: & drũm & abltũm pluralem tam in is:
quã in bus: ut qs uel a qbus: qdam tamen omnia infinita uel interrogatiua uel re
latiua uel reditiua ſubſtantiæ: uel qualitatis: uel quãtitatis: uel numeri ſignifican
tia pnomina eſſe putauerũt: ut qſq; qualis: talis: quãtus: tãtus: quot tot: & quæ ex
his compoſita ſunt ſiue deriuatiua ut quotus: totus. Sed pronomina eſſe non poſ
ſunt: quia finitas perſonas non habent: quod proprium eſt pronominis.

OMnia uerba quę ſecũdum analogiam declinant: in o uel in or deſinunt:
& habent coniugationes quattuor. Prima igitur coniugatio eſt cui pri-
ma perſona in o deſinens mutat eam in as productam: & facit ſecũdam
perſonam: ut amo amas. Secũda uero coniugatio eſt: quæ eo primę per
ſonæ in æs. conuertit in ſecũda: quæ ſemper in ea coniugatiõe una ſyllaba minor
eſt: ut doceo doces. Tertia autem quæ in io: quidem deſinens in prima perſona
abiecta: o aſſumit s: & minuitur una ſyllaba in ſecũda perſona ut facio: cis. Aliæ
uero quacũq; littera antecedente o in is breuem conuertunt ut ueho is: ruo ru-
is: lego legis. Quarta coniugatio primam perſonam in io: uel in eo: finit: eiſq; in
is productam conuerſis facit ſecundam perſonam minorem una ſyllaba: ut au-
dio audis: eo is: queo quis: s finali ſecundæ perſonæ in t conuerſa fit tertia per-
ſona in omni coniugatione uocali tamen correpta ante t: ut amas amat: doces
docet: facis facit: legis legit: audis audit: interpoſita uero mu: eadem ſecun-

da perſona ſeruans s facit primā pluralem:ut amas amamus:doces docemus:legis legimus:audis audimus ti.uero īterpoſita ſecūdam perſonam facit pluralē:ut amas amatis:doces docetis:legis legitis:audis auditis. Tertia uero pluralis in prima qdem & ſecūda coniugatione interpoſita.n.tertiæ perſonæ ſingulari ſolet fieri:ut amat amāt docet docent.in tertia uero & in quarta primæ pſonæ o finalem in unt conuertentes facimus tertiā pluralē:ut facio faciūt:lego legūt:audio audiūt:eo eūt.præteritū imperfectū primæ qdem & ſecūdæ cōiugationis a ſecūda pſona abiecta s finali:& addita bā proferimus:ut amas bam:doces bam:& ſimiliter fit in uerbis quartæ coniugationis in eo deſinentibus:ut eo is ibam:queo is bam:in aliis uero oibus quartæ coniugationis & tertiæ:primæ perſonæ o finalē in e productā conuertimus:& aſſumpta bā facimus pteritū imperfectū:ut facio bam:audio audiebā.licet aūt & maxime poetis p ſincopā in quarta coniugatiōe audibā:& munibā:dicere & ſimilia.eandē aūt habet declinationē præteritū pfectum in oī cōiugatione:qđ habet primæ coniugationis præſens tēpus & oīa quę in as ſecūdam faciunt perſonam cuiuſcunq; ſint tēporis uel modi:ſimiliter declinantur.ut amo as at:amamus tis ant:amabam bas bat:amabamus amabatis amabant:docebam docebas docebat:docebamus batis docebant:docueram docueras docuerat:docueramus tis rant:legebam legebas legebat:legebamus legebatis legebant:legeram legeras legerat:legeramus legeratis legerant:audiebā bas bat:audiebamꝰ audiebatis audiebant:audieram audieras audierat:audieramus audieratis audierant.Optatiui futurū & preſens coniūctiui tertiæ coniugationis & quartæ ſimiliter declinantur:ut legā gas legat:legamus legatis gāt.in es quoq; productā deſinentia in ſecunda perſona cuiuſcunq; ſint tēporis uel modi:uel coniugationis ſecundū præſens tempus indicatiui modi ſecundæ coniugationis declinantur:ut doceo ces cet:docemus tis cent:amarem res ret:amaremus tis rent:amem es et:amemus tis ent:legem es et:legemus legetis legent. In is uero correpta terminantia ſecundam perſonam tertiæ coniugationis declinationem quam habet in præſenti tempore indicatiui modi ſeruant:ut lego legis git:legimus tis gunt:amabo amabis bit:amabimus tis bunt:ibo ibis ibit:ibimus ibitis ibūt:illud autem notandū eſt:quod in ſubiunctiuis tertia perſona pluralis non conuertit:i in u:ut amauerim ris rit:uel amauero amaueris amauerit:amauerimus tis rint:& in anomalis quidem tam perſonæ ſingularis:quam penultima perſonæ pluralis & ſecundæ perſonæ ſyllaba producitur:ut ſim ſis ſit:ſimus ſitis ſint. Velim uelis uelit:uelimus uelitis uelint.in aliis uero rariſſime īuenitur.apparet igitur omnia tempora in omni coniugatione:& in indicatiuis:& in omnibus modis abſq; imperatiuis:& abſq; præterito imperfecto trifarie declinari:ſecūdum præſens tempus triū coniugationū & omne qdem præteritū imperfectū & pluſquā perfectū ſecundum primæ coniugationis præſens tempus declinant̄:ut amabam bas bat:amaueram ras rat:docebam bas bat:docueram ras rat:legebam bas legebat:legeram ras legerat:audiebam bas bat:audieram ras rat.Similiter ſecundæ & tertiæ & quartæ coniugationis optatiui futurum & præſens ſubiūctiui ſecundum præſens tempus primæ declinantur:ut doceam as at:legam as at:audiam as at.Secundū autem præſens tempus ſecundæ coniugationis declinatur futurum indicatiui in tertia & quarta coniugatione:ut legā es et:audiā es et:& omne præſens coniunctiui & præteritū imperfectū optatiui & pluſq̄ perfectum utriuſq; modi:

ut amarem:res:ret.docerem:res:ret.legerem:res:ret.audirem:res: ret:amauiſſem ſes:ſet.docuiſſem:ſes:ſet.audiuiſſem:ſes:ſet.Similiter & optatiuum futuri tempo ris ſiue ſubiũctiui p̄teritis temporis primæ coniugationis:ut amẽ:es:et:orem:res: ret.ſecũdũ quã futuꝝ tẽpus indicatiui modi:ut legam:ges:get.tertiæ uero cõiu gationis declinationẽ quã habet præſens indicatiui.hẽt & futuꝝ primæ & ſecũ dæ coniugationis:ut amabo:bis: bit.docebo: bis: bit. Similiter & quartæ in eo deſinentis.ut ibo:ibis:ibit.Similiter ſubiunctiuã p̄teriti pfecti & futuri temporis uniuerſaꝝ coniugationũ:ut amauerim:amauero:ris.docuerim:docuero.ris.lege rim:legero.ris:audierim:audiero:ris. hic igit̃ generalibus triũ coniugationũ de clinationibus collectis tibi expoſitis de p̄terito pfecto gñaliter quoq; doceamus.

OMnis præteriti perfecti pſona prima in.i.deſinit.ut amaui: cuius de pe nultimis litteris uel ſyllabis in libro tertio uerbi laũus diſeruimus.hæc aſſũpta.ſti.facit ſecundã pſonã ut amaui ſimiliter correpta.ut amauiſti. docui:ſti.legi: ſti.audiui:ſti.t.uero aſſumpta.ſed correpta.i. tertiã facit pſonã:ut amauit:docuit:legit audiuit.Similiter correpta.i.& aſſumpta mus.facit primam pſonã pluralẽ:ut amauimus:docuimus:legimus:audiuimus.ſtis.uero adiecta:ut amauiſtis:docuiſtis:legiſtis:audiuiſtis.facit pluralẽ pſonã ſecũdã.i tertia uero p ſona plurali mutat.i.in.e.pductã & aſſumit runt uel re:ut amauerunt uel amaue re.Pluſquãperfectũ in omni cõiugatione a præterito perfecto fit.i.finali in e bre uẽ conuerſa & aſſumpta ram ut amaui: amaueram: docui: docueram.legi: eram. audiui:audieram:uel audiueram.futuꝝ primæ & ſecundæ coniugationis a ſecũ da pſona abiecta.s. & aſſumpta.bo,ſolet fieri:ut amas: amabo. doces docebo.idẽ fit in uerbis quartæ cõiugationis in eo deſinẽtibus:ut eo is ibo. Tertiæ uero con iugationis omnium uerborum futurum & quartæ in.io. deſinentium fit a prima perſona præſentis.o.finali cõuerſa in.am.ut lego:legã:es.audio:audiã:es.Et no tandũ eſt: ꝙ nullo alio modo inuenies in prima pſona.ante. m.litteram uocalem quæ in aliam tranſeat in ſecunda niſi in ſupradicto futuro.

OMnis ſecunda pſona imperatiui pręſentis: a ſecunda perſona fit indicati ui modi abiecta.s.in tertia uero cõiugatione etiã.i.in.e.correptã cõuer titur.ut amas:ama:doces:doce:audis audi:legis:lege.ideo autem.i.in.e. conuertit tertia cõiugatio:qa debet ſeruare tempus qđ habuit in ſecũda pſona in dicatiui modi non poterat finalẽ i corripere:in omni.n.uerbo.i.in fine pducitur. Tertia uero eiuſdẽ imperatiui perſona fit a prima perſona indicatiui cõuerſa.o. finali in prima quidem coniugatione conuerſa in et: in aliis uero cõuerſa in at:ut amo:amet.doceo:at.lego:legat.audio: diat.& cætera. hæc aũt eadem tertia per ſona abiecta.t.ſed pducta. e.uel.a. & aſſumpta mus. facit primam pluralẽ ſuam: ut amet:amemus.doceat doceamus.legat legamus.audiat:audiamus. Secunda uero pluralis a ſingulari ſua fit adiecta te ſyllaba.ut ama:te. doce:te. audite. Et notandum eſt:ꝙ in tertia coniugatione.e.finalis quæ loco.i.correptæ ponitur in plurali numero eiuſdem perſonæ in penultimo loco in quolibet.e. correptam inueniri in.i.reddit ut lege:legite. Tertia autem pluralis imperatiui modi in om ni coniugatione a ſingulari ſua fit interpoſita.n.littera:ut amet:ament doceat:do ceant.legat:legant.audi:audiat:audiant. Futurum imperatiui ſecundæ & tertię perſonæ commune eſt & fit adiecta ſecundæ perſonæ præſentis temporis to ſyl laba.ut ama:to.doce.to.audi:to hoc quoq; notandum ẽ ꝙ.e.finalis in.i.reddit in

penultima ſyllaba propter ſupradictam rationē:ut lege:legito:non legeto.audi:
to.huic addentes te ſyllabā facimus ſecundā pluralem perſonam:ut amatote: do
cetote. Tria uero pluralis futuri imperatiui a tertia plurali præſentis indicatiui
in omni coniugatione fit adiecta. o.ut amant: to.docent: to.legunt: to.audiunt:
to.eunt:to. Optatiui modi pſens & præteritū imperfectū in omni coniugatioue
a ſecunda perſona imperatiui aſſumpta rem. ut ama:rem.doce: rem.lege:rem:au
di:rem. Præteritum uero perfectū & pluſquā perfectū eiuſdē modi: fit a præteri
to pfecto indicatiui aſſumpta.s: et ſem.ut amaui:amauiſſem.docui:docuiſſem. le
gi:legiſſem.audiui: audiuiſſem. Futurū optatiui fit a prima perſona īdicatiui.o.
in.em.conuertens in prima coniugatione. In aliis uero.o. in.am.ut amo: amem.
doceo:doceam.lego:legam.audio:audiam.Futuro quoq; optatiui ſimile eſt præ
ſens ſubiūctiui ut cū amem:doceam:legam:audiam:præteritum quoq; imperfe-
ctum ſubiunctiui ſimile eſt præſenti & præterito imperfecto optatiui: ut cum
amarem:docerem: legerem;audirem:præteritum perfectum ſubiunctiui a præ-
terito perfecto indicatiui fit. quod mutat finalem. i.in.e. correptam & aſſumit.
rim.ut amaui:rim.docui:docuerim. legi.legerim.audi:audiuerim.idem eſt præ-
teritum & futuꝝ eiuſdem modi prima tantū modo perſona mutante. im.in.o. ut
amauerim:amauero:ris:rit: docuerim:ro:ris:rit.legerim:ro:audiuerim:ro. pluſ-
quam perfecto ſubiunctiui ſimile eſt præterito perfecto & pluſq̄ perfecto ut uti
nam amauiſſem:docuiſſem:legiſſem: audiuiſſem:Infinitiua in omni coniugatio-
ne fiunt pſentis tēporis a ſecūda perſona imperatiui addita.re.ut ama:amare.do-
ce:docere.lege:legere.audi:audire. pteritum perfectum & pluſq̄ perfectum infi
nitiui a pterito perfecto & pluſq̄ perfecto optatiui fit abiecta.m. ut amauiſſem:
amauiſſe.docuiſſem: docuiſſe :legiſſem:legiſſe.audiuiſſe[illegible] audiuiſſe uel audiſſe.

Futurum uero per ſupinum in um deſinens & uerbum: ire. ut amatum ire do-
ctum ire.lectum ire.auditū ire.uel per participium futuri in rum: neutri: ut ama
turum eſſe doctuꝝ eſſe.lecturum eſſe. audituꝝ eſſe.participialia uel ſupina quæ
tres caſus uidentur habere loco infinitiui cū articulo coniunctiui apud græcos
accipiuntur naſcuntur a participio pſentis tēporis s.in.d.conuerſa & addita.i.uel
o.uel.um.ut amās:amādi.do.dum. Sunt & alia dubio quæ ad formam participii
præteriti temporis deſinunt in: um.uel in.u. ut amatum:amatu.Sed hoc intereſt
inter amandum & amatum & inter amādo & amatu. q; amandū neceſſitatē amo
ris ſignificat:amatum uero iniciationē ad amorē.Similiter amando in ipſo amo-
re.amatu uero pro amatione uel amore.i.pro ipſa re accipitur.& hoc manifeſtat
etiā ipſa interpretatio græca quibus ſuperiora infinitiuorū non ſolū cum articu-
lis:ſed etiam cum præpoſitione uim habent faciendo. εν τω ποιειν τον -ο. hoc fa
ciendo:dum προσ το ποιειν τουτο.ad hoc faciēdū faciendū ποιητε.ν.pro opor
tet facere:Sequentium uero alterum cum præpoſitione græca:& articulo infini
tiuum ſignificat ut uenatum.προσ το θηρευτεον.i.pro oportet uenerari uel ma-
gis pro ipſa re ad locum accipitur uenatum pro ad uenationem. quo modo & ue
natu pro uenatiōe ſicut mirabile uiſu pro uiſione:ut nec uiſu facilis nec dictu affa
bilis ulli pro uiſione & dictione.

MVltis igitur modis ſic & in aliis docuimus locis nomina ſunt hæc acci-
pienda magis quam uerba unde & ppoſitiones inueniuntur ante ea no
mina quæ in dum uel in tū deſinunt qui eſt accuſatiuus uel in do qui eſt

ablatiuus poſitę ut ad amandum & in amando.

PAſſiua uerba autē ex actiuis fiunt hoc modo oīa actiua cuiuſcunq; coniugationis in quocunq; tempore uel modo uel perſona in:o.deſinentia aſſumunt r: & faciunt paſſiua: aut amo amor: amabo bor: amato tor: amanto amantor:doceo doceor:docebo bor:doceto docetor: doento tor:lego legor: legito tor: legunto tor: audio audior:audiunto tor.omnis ſecunda perſona paſſiua & in præſenti & in præterito īperfecto & in futuro indicatiui & optatiui ab actiua ſua fit interpoſita ri.Sed in tertia pro.i.penultima.e. correptam habet.ſed etiā.ris.in. re. conuerſa ſolet eadē ſecunda perſona in omni coniugatione proferri: ut amas ris: uel amare.doces ris.uel re.legis ris.uel re:audis ris.uel re: quomodo aūt docuimus in actiuo ſic etiam in paſſiuo præſentis temporis declinatio docet: & reliquoꝝ tēporum abſq; præterito perfecto & in his quæ ex hoc naſcuntur per diuerſos modos declinationē quæ fit p unāq̄q; ex tribus cōiugationibus tertia perſona ab actiua ſua adiecta ur.ſolet fieri ut amat tur: docet tur.& cætera.Sed penultima in omnibus coniugationibus producitur. Excepta tertia pluralis. prima & ſecunda perſona a ſecunda actiui abiecta. s.& addita: mur: & mini fiūt:ut amas: mur.mini.doces:mur.mini. legis: legimur:mini.ſic audis.mur: mini. & in omni coniugatione penultima primæ perſonæ antepenultima uero ſecūdæ producitur ſyllabæ abſq; tertia coniugatione:tertia uero pluralis perſona ab actiua ſua fit adiecta:ur.ut amant:tur.docent:tur legunt:tur audiunt:tur.quæ uero in.m. deſinunt actiua primæ perſonæ per omnes coniugationes & modos in præſenti uel in præterio imperfecto uel in futuro.m.in.r.conuertentia faciunt paſſiua:Nam præteritum perfectum & pluſq̄ perfectū per participia declinant̄ in paſſiuis: ut amabam:bar. amarem: rer. docerem:rer. docebam: bar. legebam: bar.legerem:rer.amem amer.doceam:docear.legam:legar:audiam: audiar.Cæteras uero perſonas ſecūdū p̄dictas regulas declinamus.Omne p̄teritū perfectū & pluſquā perfectū paſſiuoꝝ & ſimilium paſſiuis per participium præteriti temporis & ſum uerbum declinantur paſſiua impęratiua ſecundæ perſonæ in omni coniugatione ſimilia ſunt infinitiuis actiui uerbi:ut amare: docere: legere: audire. Tertia uero perſona a tertia ſui uerbi actiui fit addita ur.ut amet tur.doceat: tur.legat:tur.audiat:tur.pluralia uero ſecundum tertiæ perſonę terminationem ęqualiter terminantur addita.m. pro.t.in prima & in tertia interpoſita.n.ut amet amemur amentur.Nam ſecunda perſona īperatiui modi ſimilis eſt ſecundæ perſonæ indicatiui quomodo & apud græcos ut amamini: docemini:& cætera.hæc .n.tā indicatiuo modo q̄ īperattiuo ſimiliter pferunt̄ idq; cōprobat uſus auctoꝝ. Terentius dicit in phormione cū igitur dū licet dumq; adſum loquimini mecū. Itē in antipho contemplamini me in codē uultu. idē in eunucho uos me ſeq̄mini Salluſtius in catilinario expergiſcimini aliquando & capeſcite remp. idem in Iugurthino uos autē ad herbalem colite ueneramini & obſeruate talē hūc uirū: imitamini uirtutem eius: & enitemini ne ego meliores liberos uidear ſumpſiſſe quā genuiſſe.Futuꝝ imperatiui ſecūdū prædictā regulā fit ablatiuo in.o:deſinēte addita.r.ut amato:tor:doceto:tor.legito:tor.audito:tor.Similiter in tertia plurali ut amanto:tor docento:tor: legunto:tor.audiunto:tor.Secunda uero fit perſona imperatiui a ſecūda indicatiui mutatiōe.i.finalis in.or.ut amamini:nor.docemini:nor.legimini:nor.audimini:nor. Omniū modoꝝ p̄teritum īperfectum &

pluſq̄perfectum ſicut ſupradictum eſt;per participiū præteriti temporis & ſum uerbi declinarionem proferunt ſubiunctiui etiam futur:ut amatus ſum:amatus fui.amatus eram uel fueram.utinam amatus eſſem uel fuiſſem.amat⁹ ſim uel fuerim.amatus ero uel fuero.Infinitiua uerba paſſiua ab actiuis fiūt hoc modo mutatione e:finalis in i abſq̧ tertia coniugatiōe in illa.n.ſyllaba extrema abiecta penultima e:in i:conuertirur:ut amare ri:docere ri:legere gi:audire ri:præteritum uero perfectum per participium fit neutri generis & uerbū eſſe uel fuiſſe.ur auditum eſſe uel fuiſſe.& cætera.Futurum tempus participium ſimile fit.& iri uerbum:ut amatum iri:doctum iri:lectum iri:auditum iri.

OMne parricipiū præſentis temporis in ns:de ſinit & in prima coniugatione qdem & ſecūda fir interpoſita ſecūdæ pſonæ.n.ut amas amans:doces docens:in tertia uero & in quarta cōiugatione a perſona prima præſentis participium fit conuerſa o:in ens:ut lego legens:audio audiēs.Excipitur eo:& quæo:quod euphoniæ cauſa pro eens:iens:pro queens quiens faciunt:& genitiuum in unris:ut queuntis:pro queenris.

OMne parricipiū præteriti temporis t:uel s:uel x:habet ante us:ut amatus:doctus:auditus:leſus:fluxus:& reliqua:excipirur mortuus.

OMne parricipium futuri temporis in rus:uel in dus:deſinir:ut amaturus:& amandus:docturus:docendus:lecturus:legendus:auditurus:dus.

NOmina uerbalia plerūq̧ a participiis præteriti temporis fiunt:Murata finali:us in or:ur amarus ror:& cætera.in or:autem deſinentia mutāt eā in trix:& faciūr fœmininū:ut amator amatrix:doctor docttix:lector lectrix.Excepro nutrix.Rerum quoq̧ uocabula incorporalium plerūq̧ præteriti temporis & participiis ſimilia inueniuntur.Sed quartæ declinationis: ut iudicatus:munitus:habitus:auditus fiunt a genitiuo ſupradicti participii addita a:& correpta:i noīa ut coniūctus:coniūcti:addita o:fit coniūctio.Ratus:rati:ratio penultima correpta:eſt tamen quando participia futuri temporis fœmininis in ta:deſinentibus ſimilia ſunt:ur ſcriptura:pictura:armatura. Eſt quando deſinunt in um:uel in or:ut factum:labor:in o deſinētia omnia uerba actiuorum regulam ſeruāt.in or uero paſſiuorum de quorum ſpeciebus in libris in quos de uerbo ſcripſimus latius deſertum inuenies.

ℂCAPRI VETVSTISSIMI AC ILLVSTRIS GRAMMATICI DE ORTHOGRAPHIA ET LATINITATE VERBORVM LIBER INCIPIT.

HAEC uia quo ducit dicemus:non ubi.Cato deſcendit nō diſcedit:& iterrogamus quo uel qua hora ſolet ire foras: & eſſe foris.iacti in litus dicamus:delati in portū: introimus uel irrumpimus:itus ſumus. Vado ad grammaticū uel ad medicū.diſco apud iſtos dicendū.improfundū nūmi uel in archā condunt:& inuehor & iocor in Marcū:in manus icidir inimicus:& in manus aquas paſcimus.Veteres autem manibus pedibuſq̧ aquam dixerūt in mentem uenit:nō in mente.oblitus ne ſcis noſtri.non nos.Veteres

tamẽ & hoc modo dixere.& inuideo tibi diuitiis:nõ diuitias cõmeſſor & cõmeſſa uti dicas meſſor meſſura meſſum:ſcribes.Cella pinaria nõ penuria dicẽdũ.præ-coca dicẽdum præcoria deridẽdum.pepararia mola dicẽdũ nõ eſt:ſed piperaria. Theſauꝝ dicendũ eſt & theſ.urus.miſertus mei per gtũm dr̃.& actũm miſeratus me.pecto caput nõ pectino:& pexum non pectinatũ:ſic pexi me met & pectam cras:ſic nexi a necto & ructo:& nauſeo dicẽdum quãuis quidam ueteres dixerũt ructor & nauſeor.nõ egeo nõ eges nõ eget dicimus nõ aũt egeor ris tur.dico me uicturum non uinciturum & pictuꝝ nõ pincituꝝ:fido mihi & confido tibi & fidimus nõ cõfidimus nobis:ſic fidere media ſyllaba correpta. Nã ſi eſſet fideo & rideo repeto faceret ridere fidere repere. Sordet arcet calet floret tabet ſqualet ſplẽdet uiget aret.hæc perfecta ſunt:at incœptiua ſordeſcit ardeſcit caleſcit floreſcit ſqualeſcit ſplẽdeſcit uigeſcit.areſcit:ſufragor nõ ſufrago:& ſic ſufragatus ſum nõ ſufragaui.Euentura mihi præſago is it:nos p̄ſagimus uos pręſagitis illi præſagunt.Hic pecten rien uel ren lien.ſic tibicen:fidicen:liricen dicẽdũ præſes præſidis:ambos & duos actõ ambo:& duo ntõ.Acer:inermus:infirmus:faciunt pluralem acri:inermi:infirmi:at acris:inermis:faciunt pluralẽ acres:iermes:infirmes: ſed hilarus hilari facit:hilaris hilares.Noſtri noſtroꝝ noſtrum.uenit a nos ſic ueſtri ueſtrorũ.uenit a uos:uas uaſis facit:nõ uaſibus.& uaſoꝝ uaſis gtũs ſignificat: ordeo muſea ſcrapea iſcea mauſolia caducenda dicẽdum nõ eſt.nõ ſorbeo:ſed ſorbeo nec ſorpſi.ſed ſorbui ſic & abſorbui nõ abſorpſi:ut Luca.coactus non coctus dicendũ.abſcondi nõ abſconſi.ſic non abſconſus:ſed abſconditus dicẽdũ:alter de duobus.unus ex pluribus uel tribus dicẽdũ deſcendi inſolui maius nõ in maiore.fruitus ſum illa re ueteres dixerũt:fruitus nos illaã rem.ſomnio dicẽdũ nõ ſomnior & ſomniaui non ſomniatus ſum.Græca noĩa ut phirne:phalãx:phronimus: phaleræ.p.p.&.h.latina:ut facile p.f.ſcribẽda ſunt. Sine.n.ſcribẽda ſunt milies centies:decies:quoties:toties:ſcribunť p.d.qd dicis:qd facis.cũ nomen erit p.t. aut uerbũ ubi fuerit ſcribiť:ut inqo:is:it:eo:is:it:& aduerbiũ numeri quot.tot.& monoptotõ.ut lacte.Negãt illud nomẽ qdam muta poſſe finire:& ideo dñt lacte eſſe nõ lac.Ad præpoſitio per.d.at cõiunctio p.t.ſcribi debet.Exul cum addita s: ſcribẽdum eſt.ætymologiæ.cã a ſolo qđ uertit formoſus.ſine.n.ſcribiť ab ætymo quod eſt forma:Nactus.n.p unũ.n.ſcribẽdũ nãciſcor duobus.Quicqd in priore ſyllaba.c.lr̃a ſcribitur qm̃.d.diuidit inter duas uoces:ſicut q̃q̃ prior.n.habere,de bet non.m.ne ſimiliter duas eſſe uoces oſtendat:atqui careat.n.ſimiliter alioqui. haud dolo ſic recte ſcribiť:&.n.d.inter duas uocales eſſe debet:quod ſi conſonãs ſequitur:d.addi nõ debet ut hauſtio:narro:narratio p duo rr:querela:loquela p l: ſimplex:mas:erit impoſitione:in diminutiõe maſculinus.Nõ ut qdam putãt maſcellus:pronomẽ noſtrũ ac urm̃ ſi ſcriptura diuidẽda ſit s lr̃a poſteriori ſyllabę applicari debet:qm̃ ſequens s lr̃a t muta eſt ſicut maieſtas:ſcribas:ſtas:in deductione uocis eſſe debet:non tas ſic in ſilibus.Tũc tpis aduerbiũ tum ordinis eſt:nunc uero eſt & cũ.modo præteriti tpis eſt:ideo dicẽdũ eſt:mõ ſcripſi:modo feci:non modo ſcribo:mõ facio:quãuis qdam ueteres in præſentia putauerunt. Circiter ad numeꝝ refert:circum ad locũ:circa ad tempus qđ eſt.ergo dicemus circũiiſſe urbẽ:nõ circaiiſſe.Supeſt reſtat ſignificat ſupat.n.ut ſuperant capite & crinibus altis.Itẽ egreſſi ſupant foſſas:tranſeunt ſignificat.Caſus ſupauerat oẽs pro euaſerat.Captæ ſuperauimus urbi:ꝓ ſuperuiximus ſuperent quibus hoc neptune de-

diſti:pro uincant: amiſſa ſolus palma ſuperabat aceſtes:pro reſtabat.Spectare p
s:expectare per x. Demitto eſt deorſum mitto dimitto non dicas. Fidus amicus
erit:famulum fidelẽ dicito.Corã illo dicẽdũ eſt:nõ:palã illo:nam palam ad mul-
tos referẽ: palã de multis factum eſt:hẽt ſignificationẽ etiam ſi hoc ueteres uaria
uerunt. Cognoſcimus ignota & inuiſa:agnoſcimus quæ nobis exciderant. Illius
ſimilis:ad mores referẽ:illi ſimilis: ad uultum. Clypeum ασπιδια Cliſpum or-
namentum dices. Verſus pagina dicẽ. Verſus participium a uerbo uertor. Ali
as tpis aduerbiũ quod græci αλλοτε. Cilo eſt anguſto capite cui hoc cõtingit i
partu: Chilo dicit modũ labioꝝ excedens. Collactaneus eſt eiſdem mãmis edu
catus:Collacteus eſt qui uno eodẽq; lacte educatus eſt. Lacteus qui lacte alitur:
lactans qui decipit:lactans qui lacte abundat: ut lactantis ficus. Lucilius lactan
tia coacla cum melle bibi lactea candida ſunt ut lactea laudat brachia dicit Hor.
Suſcipimus: ad aĩum & ad mentẽ referẽ: ut ſuſceptũ perfice munus: ſuſcipimus
corpore:ut ſuſcipiunt famulæ colapſaq; mẽbra ſuſcipimus aliquẽ uenientẽ. Ac
cidere aliquid aduerſi:contingere aliquid pulchri dicito. Quãdudum interro-
gantis:iam dudum rñdentis: Cales dicendũ ubi maceria eſt per.ſ.c.at cum pedis
calx per.x.mihi dtũs.mi.utũs eſt. Inuidus qui inuidet: inuidioſus qui inuidiam
ſuſtinet. Terga hoĩs ſunt tm̃ tergum ſingulariter facit. Quadrupedum erit ter-
gus: pluralis tergora.i.coria. Tergus quoq; inuenio dici & eſſe eius plurale ter-
gora: noctu temporis eſt aduerbiũ nocte nomen eſt: noctu dicimus cœnaui hac
nocte nihil breuius. Cõmoda.i.accõmoda. Oliua arbor eſt:olea fœtus:oleum li-
quor. Flemina eſt ubi abundant. Crura ſanguine.plemina cum in manibus uel in
pedibus Calloſi ſint ſulci. Vortex fluminis eſt uertex capitis. Pauperies dãnũ ẽ:
paupertas ipſa conditio. Fœdus ſancitur religiõe at ſponſio Pœna eſt: Mãmas eẽ
hoĩs ſcito:at pecudis ubera. Bucinus ipſe canor: ſed bucina erit tuba qua ſignum
dat bucinator: A patria patrium dices:a pr̃e paternus eſt:precor proſpera:impre
cor tetra. Dum manat ſanguis eſt: effuſus uero cruor erit. Sumimus ipſi:accipi-
mus ab alio:ſic cũ dabimus dicendũ eſt accipe:cum ꝓmittimus ipſi tollere:dicẽ-
dum eſt ſume. Pone loci aduerbium eſt poſt tẽporis: poſt ſecus oĩno nihil ẽ. Bar-
bã hoĩum:barbas pecudum dices: Vultus mutatur:facies permanet. Mœſtũ aio
triſtem aſpectu dices. Calua uocatur:paſſaniem uel Canon:licet Cælius & Var-
ro Caluariam dicant;nã Caluarie plurale eſt:Caluæ uero oſſa quæ ſunt & ſingu-
lariter Calua. Protẽus per e aduerbiũ locale ẽ.i.porrotenus: ut cũ ꝓtenus utraq;
tellus una foret. Protius p i aduerbium eſt tpale.i.ſtatim ꝓtinus æneas celeri cer
tare ſagitta. Quatenus per e aduerbium eſt:quatinus per i cõiunctio cauſalis ut
ſi dicas quatinus hoc ſine plagis nõ facis en tibi plagas aduerbium. Quatenus
autẽ tpis aut loci: tpis cum dices quatenus hos mores exercebis loci cũ dicimus
quatinus ibimus in unum mãducare? Buxus arbor erit: buxum aũt materia ipa.
Hic malus nauis eſt: hæc malus frugifera Pomeria muroꝝ pennas auium dici-
mus: Laſerpitium florem at caulem laſer aiunt: Exprobat qui cõmemorat quæ p̃
ſtitit. Opprobat qui opprobrium dicit hoc eſt uitium. Scorpio bellica res eſt at
ſcorpius animal eſt. Aduleſcens nomen eſt adoleſcens participiũ. Primo pedato
non pidato dicendũ eſt. Nequidem fieri põt nõ eſt dicendũ: ſed ne fieri quidẽ po
eſt:ut diſtinctum ſit. Vir prætorius & quæſtorius:non prætoritius & quæſtori-
tius dicendum. Pulchra liburna dicendũ nõ pulchra libernia. Ve dtũs & accu-

ſatiuus ſequi debent:ut ue populo mauroꝝ & ue populũ mauꝝ. Salmēta ꝓferre ne timeas quia latinũ eſt. Duo tāta hac tria tāta:duplũ ac triplum in uſu ueteres habuerunt. Omne aĩal pecus præter hoĩem uocatum eſt Mox aliam ordibo telã & ordiar telam utroq; modo dixere. Hic culeus hic pluteus: ſuccus:cuneus:laqueus:poſtes:margo:uceper uel uepres maſculina ſunt. hic cardo:hic axis:Modius ſextarius:congius:orbis:gladius:ſanguis:uenter:aqualicalus: hic uectis:flos:ros:pons:hoc lutũ atq; macellũ ſingulari exire memento:licet Ennius iſta macella dicat:& Cæſar lutea Recte dices:hæc retia plr reciaculum & reciacula uſurpandum. Oĩa noĩa in is. finita maſculina ſunt:ut hic finis:crinis:cinis:amnis:anguis. Hic radius nõ radiũ dicẽdũ. ille ſal aſperſus muſaꝝ eſt nõ hoc ſal:uel:hæſa les:ſed hic ſal erit:quidem dicimus hii ſales plr Vrbanitates alicuius. Hic puluinus mollis.i. puluilis.idẽ refertur:ad pſonã maſculini generis: eſt ẽt in plurali numero ut idẽ lupus & idẽ lupi. Idẽ correpte neutri & ad rem referť:ut idẽ ſcãnum: & idẽ rus. Mi paula & mi emilia dicendũ non eſt:quia mi maſculini generis eſt & pronomẽ:ẽt ortus a prima poſitiõe meus.ſed dr̃ mea paula & mea emilia. O meũ caput o meũ q; brachiũ:Nec non & ille ſolœciſmus:ubi dicier audis oĩbus maior & melior animi: Cũ ſynereſis oĩs alter ubi eſt fiat. prælatio uero ubi plures ſunt: Ergo illuſtrior aſtris ſol oĩbus audies cunctorũ illuſtriſſimus eſt. Similiter multo eſt hic dignior illo:digniſſimus illoꝝ dicendũ eſt. ſic potior: e duobus:potiſſimus oĩum. Primus ex multis: prior: ex duobus diciť: Muſtatius ſiue muſtatium non ad genus referendũ eſt: quia hoc potius ſit aut illud. Cũ per ſe nihil ſit:ſed ſic plane eſt muſtatius panis:recte dicimus & muſtatiũ librũ ſic militis puer gallearius recte diciť: Nam gallearia ſolœciſmus eſt. Hoc cerebrum: nam qui cereber dicunt ſine cerebro uiuunt. Rñdi nihil eſt rñdit dicit ciceroni. Bargena non bargina genus cui barbaricũ ẽ. Vaſa iſta uinaria ſunt Vinariaq; cella uulgus adhuc retinet de priſca recta loquela. Sobrius per.i. nõ p.e.ſcribendũ. Sedi nõ ſecus te: ſed ſecundũ te dicendũ. Ludos aliquẽ egregios feciſſe dices non dediſſe. Vir ducit:mulier nubit: quia pallio: obnubuit caput ſuũ genaſq;. Induxit ꝓ decepit ſeduxit non diciť cũ ſignificamus in aliam partem duxit: ut ſeduxit foras. Patre matre quis cognato fratre ſorore:non opibus caret ac nũmis:Nongentos non nocẽtos dicendũ:ab nouẽ nonaginta non nonacenta: & nonagies caſtigauit me:uti dicas non corripuit me. hic lanius nomen eſt. Verbum aũt lanio:as:at. dixerunt tamen & ueteres lanio in noĩe. Roſtra ſunt. nã pro roſtris dicit ante roſtra ſignificat:ut pro muris ſic errant qui proſcænia appellant:ideſt ſcænã operoſam officinam & aduerſæ concauæq; apud græcos de fronde ornatus. Vmbræq; cauſa fie bãt ſcænæq; dicebantur: Vnde rectius pulpita proſcænia quæ ante ſcænã ſunt appellabanť ut ueteres ineunt pro ſcenia ludi. inuerſis armis pugnaſſe gladiatores non eſt dicendũ. Sed uerſis.i.tranſmutatis. Sic nõ inuerſis pannis agitaſſe aurigas:ſed uerſis. Balneæ dic lauãt:non lauantur:ad hoĩes utroq; mõ pñt dici:q̃drigas:trigas:& bigas.plr effertur. Antenas quoq; non aliter apud ueteres declinatas niſi numero plurali. Carcer maſculini generis non niſi ſingulariter dicitur in quo homines Coercentur. pluraliter uero carceres unde currus effunduntť. Participium a nomine tripliciter deſcernitur. Comparatione: declinatione: ſignificatione. Sedes:ſpes: clades: labes res. Frequentatiua uerba ex hoc nota ſunt ut cœnito:pranſito: lectito:dicto:dictito:curſito: nectito:& ito:ibitoq;. Cum dege-

nete alicuius generis nominis ambigis pluralem conſule numerũ:ut puta ſi quæ
ras hic partus ſit aut hoc partum plurali numeto faciat hęc parta:nec recipiatur
hi parti manifeſtum eſt genus:confeſſiua fit uox ex duplici uoce:abnutiua ut nõ
nolo:oſtendo enim me uelle:& non neſcio quæ tibi uita eſt:& non nũquam pran
deo & nec non eſt libera res mihi.Rumigat nihil eſt:ſed ruminat & rumino:deli
buit dicit unguento non dilibuit:laquearia non lacunaria.Lintea:mercat̃ dicit̃.

Y Litteram nulla uox latina aſciſcit.Ideoq; inſultabis glotiam dicimus.
Subdio legimus audiuimus:pro quo ſubiungebant ueteres & dicebãt
ſubdio cœlo.Martulus a marte non marculus:ſeeua fames non famis di
cendũ eſt.Filicem non fœlicem dicendũ.Vnde & filicata opera priores dixerunt
celata:unde & filix quam ita credo dictam ꝙ ſit minus fœlix aruis.Pollenta non
pullenta dicendum eſt.Fictum rationis eſt:fixum uetuſtatis:ut pingo pinctum:
ſic fingo fictum participialiter facit.Gobius piſcis non nunquam gobio legitur.
Turpitudo non turpido.Nequam nõ malum ſignificat:ſed inutilem:& eſt apto
ton:ut frugi.Veſica.n.habet quia non eſt ſine uento:iam ſuper dicẽdum eſt:nam
nihil eſt iam.Item non iamus ſed eamus.Montuoſam Italiam ſiue Sardiniam me
morato.Scripula non ſcribula dicẽdum.Tinguere non tingere dicendum quo
niam eſt uerbum tinguo is it.Ingenii profer:ſicut officii quia nullus a recto caſu
eſt gtũs.In ciliciã nõ in Siciliã dicendũ:qa nuſquã ſine n pronunciat̃.Audacter
aduerbiũ eſt:ſed audaciter melius eſt:qa noĩa in x lr̃a terminata in aduerbiis iter
aſſumũt:ut atrox atrociter:ferox ferociter:uelox uelociter:ſtlataris ſine c lr̃a ſcri
bendũ eſt.Aſtlata rate pyrratica.Stelbonẽ dicito ad ſimilitudinẽ ſtellarum.

AGRAETIVS DE ORTHOGRAPHIA ET PROPRIETATE ET DIFFERENTIA SERMONIS.

DOmino meo Enchierio Epiſcopo Agrætius S.D.Libel
lum Capri de Orthographia miſiſti mihi:hæc quoq; tes
præpoſito tuo moribuſq; tuis congrua eſt:ut quia nos in
huiuſce uitæ actibus corrigere uis:& iam inſcribẽdis ſtu
diis emendares:Nihil ergo quod in nobis eſt alienum a
caſtigatiõe tua credis:oĩa noſtra & quæ dictu parua ſunt
ſollicite indagari mauis:a uiuendo ad ſcribendum:ab ani
mo ad manum a corde ad articulum peruenis:hoc eſt ue
re ſummum ſacerdotem dei eſſe:commiſſos ſibi homines
ut ipſi dicitis & ſecundum ſpiritum imbuere:& ſecundũ litteram perducere:huic
ergo Capri Libello de Orthographia & proprietate:ac differentia ſermonũ:quę
dam aducienda ſubieci.Non quod uir tantæ peritiæ aliquid prætermiſſerit:Cũ
tam multis præſertim litterarum operibus celebratur:qui in commendando eti
am Ciceronem præcipuus:ſed quia nos difficilia putamus quæ ille ut facilia ne
glexit:ego autem credidi hæc ambigua aliquantis uideri:quia nihil obſcura fre
quentata fuere.Ad te igitur hoc opus mittitur in quo laborabis plurimũ cui ne
ceſſe eſt emendare eum qui aliquid emendare præſumpſit donauit diuina pietas:
& qui ſcriptum abs te obſeruare uolumus:etiam præſcriptum tuum ſeruare poſ
ſumus.Vale memor noſtri & præſidium meum.

AGrætius & cum latine ſcribis per diphthongon ſcribendum:non ut qui
dam putãt per y:Agrytius. Triceni de tricentis dices. Trigeni de trigin
ta. Accerſit qui uocat arceſſit qui accuſat. Sicut Cicero non capitis ar-
ceſſere. Et quando quod increpando uel inquirendo. Interrogantis aduerbium
eſt:quod quando ſimpliciter loquentis. Similiter ecce cum oſtendis:en cum in-
crepas:Cicero en cui tu quoq; libere liberos tute committas:hem cum dolor irã
mouerit:aut cum admiratio cogitatioq; ſtuporem. Acceruus mobilis eſt. Acer-
bus immaturus:aut aſper inſignis. Abitũ ſine aſpiratione de abſceſſu ſcribis: ha-
bitum de ueſtitu:geſtuq; corpis dicimus. Sicut primus e multis & prior ex duo-
bus. Ita poſtremus de multis & poſterior de duobus:& alter de duobus dicitur
alius de multis. Ve interiectio dolentis eſt ſine oe. Ve coniũctio diſiũctiua. præ
mium. Cum Diphthongo. Pretium per t ſine œ. Veteres.n.maiores res ſermonis
cum diphthongo & quadam dignitate ſcribi uoluerunt:precari eſt autem roga-
re:deprecari eſt purgare & excuſare. Virgilius equidem merui nec deprecor. Ci
cero quid faciet Hortenſius auaritiæ ne Crimina frugalitatis Laudibus depreca
bitur? Nubo nupſi:ſcribo ſcripſi. Cum uocalis ſequit̃.b.eſſe debet conſonans.p.
Fides de fidelitate dicitur:fidis de corda. Diſertus orator eſt deſertus derelictus.
Delator qui differt ad accuſandum:dilator qui differt ad proferendum. Tradu-
cta eſt getulis:nec ducit arena nocentes:& delator habet quod dedit exilium. De
luit purgat diluit temperat. Liuius de morte mitrydatis:quod cum diluiſſet.ad-
uerſum te aduerſarius:aduerſus te imitator In Vleus:ut acutum ſit: quia nomen
ex ſono uocis accipit. Deduco de amico producendo:diduco eſt autem diſtraho.
Derectum in rectum uadens. Directum in latera arreptum:partem nomen eſt
partim aduerbium:Faſtus de ſuperbia & facit genitiuũ faſtuum. faſtus de libris:
& facit faſtorum. Expectatur uenturus:Spectatur qui uidetur:uel probatur.
Apparet qui uidetur:aſt paret qui obſequitur:non regulæ rationem:ſed diſcerñ
di intellectus gratia. Hercules Achilles:ueteres recto caſu per e: ſcribebant ge-
nitiuo per.i.

FVerimus coniunctiuo modo tempore præterito perfecto. fuerimus eo-
dem modo tempore futuro cum diceres uerbo actiuo coniunctiuo mo-
do diceris uerbo paſſiuo indicatiuo modo. Miramur opera. admiramur
uirtutes. Labium ſuperius dicitur Labrum inferius. Roſtrum non eſt niſi quod
incuruum eſt. Exercitus laboribus. exercitatus ſtudiis. Minores res eſſe aliquas:
aut homines dicimus. Nam minoris emptum aut exiſtimatum aliquid recte di-
cimus:ſicut eſt pluris quod maioris ſumma taxatur. Plures de multitudine ſcri
bimus:plures de comparatiui gradu Cicero unus plures prædonum duces ce-
pit ſeruilius quam cæteri:poſitiuum habet multi ſuperlatiuum: plurimi : cepit:
de capiendo:cœpit de incipiendo ſcribimus. Vterq; uenit utriq; ueniunt: cicero
iubeo promi utroſq; binos:ut habeam:qui delphica Comparia uaſa ſemper ſũt:
unde ipſe Cicero dicebat:ſciphorũ paria complura. Quæritur de inquirendo:
quæritur deplorando dicimus:& ſic quæſtus lucri:& quæſtus lachrymarum.
Poculum uas eſt potio quod hauritur. Cicero accepto poculo ſubito in media
potione exclamauit. Dimediatum calicem bibi non dimedium dicere debemus
non enim ipſe uas bibis:ſed quod intra uas eſt. Olim & quondam & aliquando
tria tempora tenent præteriti præſentis & futuri:affatim inueniuntur exemplar

præſentis demus quod difficile uidetur: Tumidis quod fluctibus olim tunditur. quondam etiam uictis reddit impræcordia uirtus. Expergiſcimini aliquando & capeſcite rempub. Conſcribere eſt multa ſimul ſcribere. Exſcribere quod ab aliis ſcriptum ſit transferre tranſcribere cum ius noſtrum in alium tranſit: inſcribere accuſationis eſt uel occaſionis: adſcribere ſignificationis eſt. Deſcribere dictionis uel ordinationis diſcribere dictionis. Extruere eſt in altum ſtruere. Inſtruere aciē uel actionē. Adſtruere affirmare. Conſtruere ſtruendo coniungere. Subſtruere eſt aliqua ſubterſtruere ſuperpoſita re. Memini me facere dicere debemus. non memini me feciſſe. Nam memini ſermo eſt totus præteriti temporis qui ante factam rem in præſens reuocat & ſi dixeris memini me feciſſe duo præterita ſimul iungis. Cicero memini me pamphilum. Libytanium mihi narrare ſolitum. Idem infra reſpondi metello ut debui & memini me dicere. Terentius ego illam uidi uirginem forma bona memini me uidere. Virgilius cantando ſolitum memini me condere ſoles. Idem memini me atuncos ira ferre ſenes & multis præterea in locis: neque inuenitur ubi ab aliis magnis auctoribus memini ita poſitum ſic: ut non addatur aut etiam aut aliquantus ſermo qui præſens tempus reſtituat. Niſi uno loco & quaſi hoc mirabile: Namq; ſub œbaliæ memini me turribus altis Choritium uidiſſe ſenem: quod poetæ pro neceſſitate metri licuit uſurpare. inſtar illius rei dicere debemus non ad inſtar. Quæritur ab aliquantis: quare ſ littera inter liquidas poſita ſit: cum uelut ſola ſyllaba haberi uideatur ac propter hoc dicta ſit: ſuæ cuiuſdam poteſtatis eſt. Aliæ autem liquidæ in ipſo concurſu litterarum & ſermonum. Ita conglutinantur ut pene interire uideantur. Hæc ratio apud latium unde latinitas dicta eſt: & orta & maior populus & magis egregiis artibus pollens tuſci fuerunt. qui de linguæ ſuæ. G. litteram raro exprimunt: hæc res fecit habere liquidam: Arbor omnem lignum dicitur: arbos non niſi fructifera: hora dierum: ora pro finibus pignora rerum: pignora filiorum & affectionum: columbæ quæ manſuetæ fieri poſſunt: & domibus adſueſcere. Pallumbes feræ arboribus & ſiluis ſaxiſque inhabitantes: robur arboris. Veniunt qui accedunt: ueneunt qui uenduntur. Conſueſcimus bona inſueſcimus mala adſueſcimus utraq;. Contingunt bona accidunt mala: eueniunt utraq;. Fungi agere eſt: defungi eſt deficere uel peragere. Adoleſcere augumēti eſt: inoleſcere coaugumēti eſt. Exoleſcere uaneſcentis eſt. Auenæ ſteriles germen eſt. Habenæ dicuntur retinacula iumentorum hoc de habendi poteſtate illud de occupandi auiditate dictum: Deuncem decem uncias: diuncem. xi. pulchritudo formæ in uiris dignitas. Vnde Cicero pro cælio quis nō poſſit huic ætati atq; huic dignitati & ſi ſine ſuſpitione: at non ſine argumēto maledicere. In fœminis autem honeſtas dicitur. Vnde Terē. de horrido & ſene eunucho: illum ne inhoneſtum hominē ambularet. Formoſitas uero in luxurioſis. Vt formoſum paſtor. Ipſe pronomen dignitatis: iſte abiectionis Donum dantis eſt munus accipientis. Illud a dando: hoc a muniendo uel amouendo dicimus: has manus huius hominis dicimus: hanc manum multos homines coniungere. Coarguere eſt: Coercere & compenſare. Arguere oſtendere & patefacere Virgil. Degeneres animos timor arguit: unde argumenta dicuntur quæ cauſam cauſæ oſtēdunt: ſunt ſermones ut ita dixerim communes duo ſibi cōtraria ſignificantes. Vector eſt illud qui portat & qui portatur. Hoſpes eſt qui recipit & qui recipitur.

Sacer eſt uenerandus & execrandus. Vir. auri ſacra fames. Vltus ẽ uindicatus &
punitus. Gratia & bene & male rei cauſa nam ſic dicimus amicitiaꝝ ut beneficii
gratia. Ita ut Salluſtius opprobrii gratia. Cicero religionis & ſupplicii gratia co
lendã & fruendam tradiderat. Et Teren. qui referã ſacrilego illi gratiam? Suffra
gia populi & quæ honorant dicunẽ & quæ donantur. Cicero de pręfectura urba
na. Iſtum uis ullis populi ſuffragiis eridere ne potuit? Donamus & illud quod
damus & illũ cui damus. Afficimus honore: afficimus iniuria. Eleuamus & quæ
in altum attollimus: & quæ alleuiamus leuiora facimus. Subducimus & quæ
retro: ſubtrahimus & quæ in promptu offerimus bellõ. Catilina optimũ quemq;
in primã aciem ſubduxit: pudet & q̃ de alterius facto & quę de ſuo: in adelforum
libris Eſchini ubi eũ pudet patris nõ ante confeſſum. Supremus ſummus & ulti-
mus: & ſuperiorem & inferiorẽ ſignificat. Altũ & quod ſurſum eſt & quod deor-
ſum: procul & lõge & prope ſignificat. Clipeo excuſſa ſagitta proculq; egregium
cantorem. Damnatus & adictus & obligatus uel potius abſolutus. Virgilius
quem damnat labor aut quo & cætera ideſt Virtus ſua abſoluat aut uictorem fa
ciat. Nunquam enim Virgilius in duobus locis unam rem ponebant. Præſertim
cum aut interponeret coniunctionem diſiunctiuam. Idem ipſe alio loco damna
bis tu quoq; uotis: ſicut uoti reus dixerat. Hic ita & abſoluendos dixit. Vnde &
iure dãnas iſtius & iſtum eſto ligatum dicitur: hoc eſt ſoluendo eſto iſtum quod
ſolui omnibus modis neceſſe eſt: & ſi res aliena ligaẽ. In præpoſitio utriq; caſui
ſeruit. Cũ in loquellas tranſit fit etiã cõmunis intellectus: Nam & ſatis & parum:
factum aliquid uel nõ factum dicimus: ſic ut impotens & infractus. Latere & ab
ſconſum eſſe aliquid dicimus: & late patere. Virgilius & ſcuta latentia cõdunt: &
torua ſolũ ſub fronte latebat. Horrendũ dicimus deſpicabile aliquid: & admiran
dum. Virgilius oculos horrenda in uirgine fixi. Aduocaẽ daturus patrocinium:
Inuocatur præſtaturus auxiliũ. Euocaẽ præbiturus obſequiũ. Illuies ſordidum
eſt: Ingluuies uentris: Illud quidẽ a lauãdo hoc ab ingluuiendo dictum. Torres
lignum præuſtum. Torrens aqua prærupta decurrens. Cõmonemus præterita:
admonemus præſentia: monemus futura. Ne multas ſignificationes habet: ut ne
quære doceri. Ne longa aduerbiũ ꝓhibendi: ne breuis cõiunctio diſiunctiua: ut
eſt homines ne fere ne. Ne longa coniunctio cauſalis ut eſt ne tenus pluuię: & ne
ſubeant herbæ. Temeritas ſine conſilio dicitur: audacia poſt conſiliũ. Velocitas
pedum & corpoꝝ: celeritas animoꝝ atq; factorum. Gaudium animi atq; lætitia
eſt: exultacio membrorum atq; factorum. Vlcus eſt quod naſciẽ uulnus quod ab
alio infertur. Viuum de uicturo dicitur uiuentem de morituro. Naſcitur quod
de utero decedit: Enaſcitur quod de terra aut de aqua exurgit. Adducitur quis
ad rem inhoneſtam: perducitur ad ſtudia: deducitur ad honorem. Eluxit qui lu
ctum deponit: illuxit cum lumen apparuit. Nunciatur de longinquo: denun-
ciatur de præſenti: adnunciatur de futuro. Annũciatur de excuſando & repudian
do Cicero renunciata eſt tota conditio. Deportare: deponere: adportare eſt ali-
quid afferre: comportare in unum locum conferre: exportare: tollere. Tempe-
rantia eſt animorum temperatio rerum. Temperies uentorum. Paſſim aliquid
inueniri rerum de re corporali recte dicimus. Affatim de re aliqua incorporali:
primũ enim de inceſſu: illud de affatu dictũ. Lepus animal eſt: Lepos iocunditas
uoluptatis: unde & gratum aliquid lepidum dicimus. Lepos eloquii: Recipimus

aliquid deferendum rogati: ſuſcipimus noſtra ſponte: aſpicimus ſurſum: conſpi-
cimus palam: reſpicimus retro: inſpicimus intus. Præterea præteriti temporis.
Salluſtius nunquam hiſpanos præterea tale facinus facere audiui. Temporis fu
turi præterea haud ſuſpecteris. Eo uerbum primæ perſonæ: facit eo is it: eho ad
uerbium interrogantis eſt: Ter: eho parmeno noſti? eo etiam aduerbium loci ut
ſi dicis eo redactus ſum: heu interiectio dolẽtis eſt: eu laudantis. Ter: eu formio:
heu aduerbium uocantis: eu reſpondentis: eo eſt interiectio iubentis uel hortan-
tis. Ter: eo puer curre ad bachidem. Limen ædium eſt: limes regionum. Arun-
do canna eſt ab ariditate dicta. Hirundo auis eſt quæ tignis adhæret hirudo ſan
guiſuga dicitur. Spirare uiuentis eſt: expirare mori. Pertinacia malæ rei: perſe-
uerantia bonæ. Conſequimur ſtudio: obſequimur officio: perſequimur iniuria:
obſequimur ordine adſequimur uoto. Nihil aduerbium: nihili nomen eſt: nemo
.n. momenti: nullus nihil dicitur: Genus familiæ gentem regionẽ recte dicimus.
Lætamus de noſtris: gratulamur de alienis. Hoc gratificans lætitia Cicero di-
cit. Neq; iſtius hominis perditi ſubita lætitia: q̄ huius hominis ampliſſimi noua
gratulatio diuitiis eum commouebat. Herbulum locum dicimus in quo herba
eſt: & ſi aridus eſſe conſueuerit. Herboſum qui herbam facile generat: etiam ſi ad
tempus aridus ſit. Sic aquaticum: potionem recte dicimus quæ aquam aliunde
recipit: aquoſum locum quod ex ſe aquam fundat. Ita & meritã potionem mero
ſum: autem uinum appellamus. Attollit aggerat ſcribẽdum eſt: in compoſitione
:n. ad præpoſitio accuſatiui caſus corripitur cum ſeruire uocalis incipit: quando
eam muta ſequitur: integra autem permanet quando ſemiuocalis ut adficit adri
pit: huius rei ratio reddenda eſt. Vocales omnis uocis principes ſunt: & dominæ
litterarum: quæ ſint uniuerſa fortiora naturaliter faciunt: ſubiecta & adiecta ſi-
bi protegunt: æqualia autem & reſiſtentia ellidunt: Nam quomodo nonunquã
inter ſe colliſa frãguntur interdũ & ſynaliphã faciũt: Ita cõſonãtes ſibi crediras
conſeruant: quaꝝ uirtutem neceſſe eſt: ut ſemiuocales imitatę uicinas ſibi mutas
tueantur. Quęrit̃ ab aliquãtis q̄d diſtat inter ſup & ſupra: & ſubter & ſubtus: ſup
eſt q̄d eminet ſupra quod ſubſtratũ aliquid hẽt: Item ſubter eſt q̄d re aliqua ſupe
riore premit̃: & cõculcatur: ſubtus eſt q̄d demiſſum altius nõ cõtingit̃. Sinũ dici
mus exterius ſumatę uę receptaculũ. Gremiũ ueſtis receptaculũ interius iacens
ſecretũ. Virg. pandentęq; ſinũ & tota ueſte uocantem. Ceruleũ in gremiũ. gremiũ
aũt dicit̃ a contrario: ab ingreſſu difficili. ſimilia ꝓcedunt: ſicut aditũ & penũ &
penetrabile: eo q̄ adiri & penetrari raro ſoleant: largitas humanitatis eſt: largi-
tio ambitiõis. Craſſari in corporeis eſt & ſanguineis: graſſari autẽ animi: aut cru-
delitatis. Albũ natura tm̃ eſt: Candidum de ſtudio: Nam & corpori & animo ali-
quotiens aſſignat̃. albos ergo capillos: Carmen candidum recte dicimus Mulie
bre dicimus a muliere aliquid factum: Mulierarium p mulieres ordinarum: & p
uiros geſtum. Iuuentus ipſa hominis ætas: & iuuenta ipſa dea ut græce dicitur
aut poetice. Delictum peccatum aliquando dicimus. delectum militiæ: aut ali-
cuius rei examinis delectionem appellamus. Nam diligi affectionis eſt deligi
iudicii eſt. Inter cõmodatum & mutuatũ non nihil diſtat. Commodamus amico
pro tempore equum ſeruum ueſtem hanc ipſam rem quam dedimus recepturi:
Mutuo damus pecuniam: triticum: uinum: & his ſimilia: quæ mutuo data recipi
neceſſe non eſt. Ligat quis uinculo: legat teſtamento. Loqui eſt hominis: obloqui

eſt obtrectatoris:ſicut obicit opponit. Ad loq̃ ſuadentis eſt:uel hortantis:uel blãdientis.eloq oratoris. Percuſſum corpore dicimus.pculſum aio Cicero de ſignis tanq̃ illa face pculſus eſſe. Efferẽ q portaẽ:& efferũt q laudando extollũt. Idem Cicero nimiũ hæc illi fortaſſe efferũt. Diſcrimen ad periculũ ptinet:& id experimentũ. Indigenes homines dñr:in digetes dii. Idem in digetes unde geniti dii. Circũpedes ſunt obſeqa ſeruoꝝ:ante pedes amicoꝝ. Inſita arbor eſt cui inſiſſe alienũ germen includiẽ. Adſcita cui incolumi aliqd ut ſubſtineat adiũgiẽ. Horatius qa populus ad ſcita ſurgit:qppe quæ uitibus maritanẽ. Fremor eſt rumor hominũ:fremitus feraꝝ. Flauũ dicimus rubeũ ſicut flaua ceres. furuũ nigrũ:furuæ reginę proſerpinæ:fuluũ rubeũ & nigrũ:furmũ ſuperbũ. fuluũ leonem:& fuluam aqlã:& fuluũ aureũ:ut fulua pugnas nube tuentẽ:quæ haberẽt igneũ de celeſti & ſordidũ de lugubri:Aut certe de ænea iracũdiam:de Turno triſtitiam:Fuluũ certe aurum cui ad decorem ſplendoris ſui ingeniti aliquid addatur. Poſtulaẽ aliquid de honeſtate poſcitur improbe. Cicero in frumentaria incipiunt poſtulare poſcere nimia. Aluus uirorum recte dicitur. Vterus mulierum. Venter utroq; modo. Supplicia de tormentis dicimus:& precibus diuinis.

¶DONATI VIRI CLARISSIMI DE OCTO PARTIBVS ORATIONIS EDITIO SECVNDA.

PArtes orationis ſunt octo:Nomen:Pronomen:Verbum:Aduerbium:Participium:Coniũctio:Præpoſitio:Interiectio. Ex his duæ ſunt principales partes orationis:Nomẽ & uerbum. Latini articulum non adnumerant:Græci interiectionem. Multi plures:multi pauciores:partes orationis putant. Verum ex his tres ſunt quæ ſex caſibus inflectuntur. nomen pronomen & participium.

¶De Nomine.

NOmen eſt pars orationis cum caſu:corpus aut rem proprie communiter ue ſignificans. proprie ut Roma:tyberis:communiter ut urbs & flumen:Nomini accidunt ſex. qualitas:comparatio:genus:numerus:figura:caſus. Nomen unius nominis appellatio:multaꝝ uocabulũ reꝝ eſt. Sed modo nomina generaliter dicimus. Qualitas nominũ bipartita eſt:Aut.n. propria ſunt nomina aut appellatiua:Propioꝝ nominũ ſecũdum latinos quattuor ſunt ſpecies. prænomen:nomen:cognomen:& agnomen. ut P. Cornelius Scipio africanus. Omnia prænomina aut ſingulis litteris notanẽ:ut C. Cæſar. L. Catilina:aut binis:ut Cn. Pompeius:aut ternis:ut Sex. Roſius Appellatiuorum nominum multæ ſunt ſpecies. Alia.n. ſunt corporalia:ut homo:terra:Mare. Alia incorporalia:ut pietas:iuſtitia:dignitas. Alia ſunt primæ poſitionis:ut mons:ſchola. Alia deriuatiua ut montanus ſcholaſticus. alia diminutiua ut monticulus ſcholaſticulus. Diminutiuoꝝ nominũ tres ſunt gradus:quorum forma quo magis minuiẽ creſcit ſæpe numerus ſyllabaꝝ. Sũt etiam quaſi diminutiua quorum origo nõ cerniẽ:ut fabula:macula:tabula:uinculũ. Et ſunt nomina tota græcæ declinationis:ut themiſto:caliſpo:pan. ſunt tota conuerſa in latinam regulam ut polydeus:polux:odyſſeus:Vlyſſes. Sũt in græcã latinãq; formam quæ notha

appellantur ut achilles. Agamẽnon. Sunt alia Omonima: quæ una appellatiõe plura ſignificãt: ut nepos: acies: aries. Sunt etiam alia ſinonima uel polionima: ut terra: humus: tellus: enſis: mucro: gladius: alia patronymica: ut pelides: atrides. Hæc & ab auis & a patribus ſæpe fiũt. in his quæ græca ſunt ſiue maſculina ſiue fœminina fuerint: græcã magis ſeruabimus regulã. alia hoꝝ maſculina: aut in des exeunt ut atrides ab atreo: aut in ius: ut peleius: a peleo: aut in ion ut nerion a Nereo. fœminina aũt aut in is exeunt: ut atreis: aut in as ut pelias: aut in e: ut nerine. Sunt alia thetica: idest poſſeſſiua: quæ in ius exeunt: ut Euandrius enſis. Agamẽnoniæ mycenæ. Et alia mediæ ſignificationis & adiectiua noibus: ut magnus fortis: dicimus. n. magnus uir: fortis exercitus. Hæc etiam epitheta dicuntur. Alia qualitatis: ut bonus malus. alia quãtitatis: ut paruus magnus. A lia gentis ut græcus hiſpanus: alia patriæ ut thebanus: Romanus. Alia numeri: ut unus: duo. alia ordinis ut primus ſecũdus. Sed primus de multis: de duobus prior dicitur. Sicut de duobus alteꝝ dicimus. Ita de multis alium. Sunt alia ad aliqd dicta: ut pater: frater. Sunt alia ad aliquid quodãmodo ſe habentia: ut dexter ſiniſter: Hæc & cõparatiuum gradum admittunt: non deſtrior & ſiniſtrior: ſed deſterior & ſiniſterior. Sunt alia generalia: ut corpus animal. Alia ſpecialia ut lapis homo. Lignum: alia facta de uerbo: ut dictor: factor: lector. Alia ſimilia participiis: ut demens: ſapiens: potens. Alia uerbis ſimilia: ut comedo: palpo: contemplator: ſpeculator.

¶ De comparatiuo.

COmparationis gradus ſunt tres: poſitiuus: Cõparatiuus. Superlatiuus. Poſitiuus ut fortis. Cõparatiuus ut fortior. Suplatiuus ut fortiſſimus. Sed comparatiuus gradus generis eſt ſemper communis. comparantur aũt noia: quæ aut qualitatẽ aut q̃titatem ſignificant. ſed non oĩa nomina per oẽs gradus exeunt. Aliquando enim poſitiuus tantũ inuenitur: ut mediocris. aliquãdo poſitiuus & cõparatiuus: ut ſenex ſenior. Iuuenis iunior per ſyncopã. Aliquãdo poſitiuus & ſuperlatiuus: ut pius piiſſimus. Nam pro ſecundo gradu magis aduerbium ponit: ut magis pius. Aliquando cõparatiuus & ſuperlatiuus: ut ulterior ultimus. Aliquando ſuperlatiuus tantum: ut nouiſſimus. Extra hanc formam ſunt ut bonus & malus: & magnus. Dicimus enim bonus melior optimus: malus peior peſſimus: magnus maior maximus. Comparatio nominũ proprie in comparatiuo & ſuperlatiuo gradu eſt conſtituta. Nam poſitiuus perfectus & abſolutus eſt. Sæpe autem comparatiuus gradus præponitur ſuperlatiuo: ut ſtultior ſtultiſſimo: & maior maximo. Sæpe minus poſitiuo ſignificat: quãuis recipiat comparationem: ut mare ponticum dulcius q̃ cætera: Sæpe idem pro poſitiuo poſitus minus a poſitiuo ſignificat: quanuis recipiat comparatione & nulli comparaẽ: ut iam ſenior ſed cruda deo uiridiſq; ſenectus. Sunt nomina ſignificatiõe diminutiua intellectu cõparatiua: ut grãdiuſculus: minuſculus: maiuſculus. Comparatiuo & ſuperlatiuo tam aut minus: aut minime: aut magis: aut maxime addici nõ oportet. Adiiciunẽ aũt poſitiuo tm̃. Dicimus. n. tam bonus: tam malus: minus bonus: minus malus: minime bonus: minime malus: magis bonus: magis malus: maxime bonus: maxime malus. Cõparatiuus gradus ablatiuo caſui adiũgitur utriuſq; numeri. Sed tum hoc utimur cum aliquem uel alieno: uel ſuo generi comparamus: Vt hector fortior Diomede: uel audacior Troianus fuit. Dicimus autem fortior hic quam ille. Superlatiuus autem genitiuo tantum plura

eſt obtrectatoris:ſicut obicit opponit. Ad loq̃ ſuadentis eſt:uel hortantis:uel blã
dientis.eloq oratoris. Percuſſum corpore dicimus.ꝑculſum aio Cicero de ſignis
tanq̃ illa face ꝑculſus eſſe. Efferꝰ q portatꝰ:& efferũt q laudando extollũt. Idem
Cicero nimiũ hæc illi fortaſſe efferũt. Diſcrimen ad periculũ ꝑtinet:& id experi
mentũ. Indigenes homines dñr:in digetes dii. Idem in digetes unde geniti dii. Cir
cũpedes ſunt obſequa ſeruoꝝ:ante pedes amicoꝝ. Inſita arbor eſt cui inſiſſę alienũ
germen includiꝰ. Adſcita cui incolumi aliq̃d ut ſubſtineat adiũgiꝰ. Horatius q̃a
populus ad ſcita ſurgit:q̃ppe quæ uitibus maritanꝰ. Fremor eſt rumor hominũ:
fremitus feraꝝ. Flauũ dicimus rubeũ ſicut flaua ceres. furuũ nigrũ:furuæ reginę
proſerpinæ:fuluũ rubeũ & nigrũ:furmũ ſuperbũ. fuluũ leonem:& fuluam aq̃lã:
& fuluũ aureũ:ut fulua pugnas nube tuentẽ:quæ haberęt igneũ de celeſti & ſor/
didũ de lugubri: Aut certe de æneã iracũdiam:de Turno triſtitiam: Fuluũ certe
aurum cui ad decorem ſplendoris ſui ingeniti aliquid addatur. Poſtulaꝰ aliquid
de honeſtate poſcitur improbe. Cicero in frumentariã rincipiunt poſtulare po/
ſcere nimia. Aluus uirorum recte dicitur. Vterus mulierum. Venter utroq; mo/
do. Supplicia de tormentis dicimus:& precibus diuinis.

ℂDONATI VIRI CLARISSIMI DE OCTO PARTIBVS ORATIONIS EDITIO SECVNDA.

Partes orationis ſunt octo:Nomen:Pronomen:Verbum:
Aduerbium:Participium:Coniũctio:Præpoſitio:Interie
ctio. Ex his duæ ſunt principales partes orationis:Nomẽ
& uerbum. Latini articulum non adnumerant:Græci in/
teriectionem. Multi plures:multi pauciores:partes ora/
tionis putant. Verum ex his tres ſunt quæ ſex caſibus infle
ctuntur. nomen pronomen & participium.

ℂDe Nomine.

Nomen eſt pars orationis cum caſu:corpus aut rem proprie communi/
ter ue ſignificans. proprie ut Roma:tyberis:communiter ut urbs & flu
men: Nomini accidunt ſex. qualitas:comparatio:genus:numerus: figu
ra:caſus. Nomen unius nominis appellatio:multaꝝ uocabulũ reꝝ eſt.
Sed modo nomina generaliter dicimus. Qualitas nominũ bipartita eſt: Aut.n.
propria ſunt nomina aut appellatiua: Propioꝝ nominũ ſecũdum latinos quattu
or ſunt ſpecies. prænomen:nomen:cognomen:& agnomen. ut P. Cornelius Sci/
pio africanus. Omnia prænomina aut ſingulis litteris notanꝰ:ut C. Cæſar. L. Ca/
tilina:aut binis:ut Cn. Pompeius:aut ternis:ut Sex. Roſius Appellatiuorum no
minum multæ ſunt ſpecies. Alia.n. ſunt corporalia:ut homo:terra:Mare. Alia
incorporalia:ut pietas:iuſtitia:dignitas. Alia ſunt primæ poſitionis:ut mons:
ſchola. Alia deriuatiua ut montanus ſcholaſticus. alia diminutiua ut monticu/
lus ſcholaſticulus. Diminutiuoꝝ nominũ tres ſunt gradus:quorum forma quo
magis minuiꝰ creſcit ſæpe numerus ſyllabaꝝ. Sũt etiam quaſi diminutiua quo/
rum origo nõ cerniꝰ:ut fabula:macula:tabula:uinculũ. Et ſunt nomina tota græ
cæ declinationis:ut themiſto:caliſpſo:pan. ſunt tota conuerſa in latinam regulam
ut polydeus:polux:odyſſeus:Vlyſſes. Sũt in græcã latinãq; formam quæ notha

appellantur ut achilles. Agamēnon. Sunt alia Omonima: quæ una appellatiõe plura ſignificāt: ut nepos: acies: aries. Sunt etiam alia ſinonima uel polionima: ut terra: humus: tellus: enſis: mucro: gladius: alia patronymica: ut pelides: atrides. Hæc & ab auis & a patribus ſæpe fiūt. in his quæ græca ſunt ſiue maſculina ſiue fœminina fuerint: græcā magis ſeruabimus regulā. alia hoꝝ maſculina: aut in des exeunt ut atrides ab atreo: aut in ius: ut peleius: a peleo: aut in ion ut nerion a Nereo. fœminina aūt aut in is exeunt: ut atreis: aut in as ut pelias: aut in e: ut netine. Sunt alia thetica: ideſt poſſeſſiua: quæ in ius exeunt: ut Euandrius enſis. Agamēnoniæ mycenæ. Et alia mediæ ſignificationis & adiectiua noībus: ut magnus fortis: dicimus. n. magnus uir: fortis exercitus. Hæc etiam epitheta dicuntur. Alia qualitatis: ut bonus malus. alia quātitatis: ut paruus magnus. Alia gentis ut græcus hiſpanus: alia patriæ ut thebanus: Romanus. Alia numeri: ut unus: duo. alia ordinis ut primus ſecūdus. Sed primus de multis: de duobus prior dicitur. Sicut de duobus alteꝝ dicimus. Ita de multis alium. Sunt alia ad aliqd dicta: ut pater: frater. Sunt alia ad aliquid quodāmodo ſe habentia: ut dexter ſiniſter: Hæc & cōparatiuum gradum admittunt: non deſtrior & ſiniſtrior: ſed deſterior & ſiniſterior. Sunt alia generalia: ut corpus animal. Alia ſpecialia ut lapis homo. Lignum: alia facta de uerbo: ut dictor: factor: lector. Alia ſimilia participiis: ut demens: ſapiens: potens. Alia uerbis ſimilia: ut comedo: palpo: contemplator: ſpeculator.

De comparatiuo.

COmparationis gradus ſunt tres: poſitiuus: Cōparatiuus. Superlatiuus. Poſitiuus ut fortis. Cōparatiuus ut fortior. Suplatiuus ut fortiſſimus. Sed comparatiuus gradus generis eſt ſemper communis. comparantur aūt noīa: quæ aut qualitatē aut q̄titatem ſignificant. ſed non oīa nomina per oēs gradus exeunt. Aliquando enim poſitiuus tantū inuenitur: ut mediocris. aliquādo poſitiuus & cōparatiuus: ut ſenex ſenior. Iuuenis iunior per ſyncopā. Aliquādo poſitiuus & ſuperlatiuus: ut pius piiſſimus. Nam pro ſecundo gradu magis aduerbium ponit: ut magis pius. Aliquando cōparatiuus & ſuperlatiuus: ut ulterior ultimus. Aliquando ſuperlatiuus tantum: ut nouiſſimus. Extra hanc formam ſunt ut bonus & malus: & magnus. Dicimus enim bonus melior optimus: malus peior peſſimus: magnus maior maximus. Comparatio nominū proprie in comparatiuo & ſuperlatiuo gradu eſt conſtituta. Nam poſitiuus perfectus & abſolutus eſt. Sæpe autem comparatiuus gradus præponitur ſuperlatiuo: ut ſtultior ſtultiſſimo: & maior maximo. Sæpe minus poſitiuo ſignificat: quāuis recipiat comparationem: ut mare ponticum dulcius q̄ cætera: Sæpe idem pro poſitiuo poſitus minus a poſitiuo ſignificat: quanuis recipiat comparatione & nulli comparat: ut iam ſenior ſed cruda deo uiridiſq; ſenectus. Sunt nomina ſignificatiõe diminutiua intellectu cōparatiua: ut grādiuſculus: minuſculus: maiuſculus. Comparatiuo & ſuperlatiuo tam aut minus: aut minime: aut magis: aut maxime addici nō oportet. Adiiciunt aūt poſitiuo tm̄. Dicimus. n. tam bonus: tam malus: minus bonus: minus malus: minime bonus: minime malus: magis bonus: magis malus: maxime bonus: maxime malus. Cōparatiuus gradus ablatiuo caſui adiūgitur utriuſq; numeri. Sed tum hoc utimur cum aliquem uel alieno: uel ſuo generi comparamus: Vt hector fortior Diomede: uel audacior Troianus fuit. Dicimus autem fortior hic quam ille. Superlatiuus autem genitiuo tantum plura

li adiungitur. Sed tunc hoc utimur: cum aliquem ſuo generi comparamus ut he
ctor fortiſſimus Troianorum fuit: Plerunq; ſuperlatiuus pro poſitiuo ponitur:
& nulli comparatur ut Iuppiter optimus maximus: Interdum comparatiuus no
minatiuo adiungitur doctior hic quam ille.

GEnera nominum ſunt quattuor: Maſculinū: Fœmininū: Neutrū: Cōmu
ne: Maſculinum eſt cui numero ſingulari caſu ntō ꝓnomē uel articulus
præponit̃ hic: ut hic magiſter. Fœmininū eſt cui numero ſingulari caſu
nominatiuo ꝓnomen uel articulus præponit̃ hæc: ut hæc muſa. Neutrū eſt cui
numero ſingulari caſu nominatiuo ꝓnomen uel articulus præponit̃ hoc: ut hoc
ſcamnū. Cōmune eſt qđ ſimul maſculinū fœmininūq; ſignificat: ut hic & hæc ſa-
cerdos: Sed ex his uel principalia uel ſola genera duo ſunt maſculinū & fœmini-
nū: Nā neutrū & cōmune de utroq; naſcunt̃. Eſt etiā trium generꝶ commune: qđ
omne dicitur: ut hic & hæc & hoc fœlix. Eſt epicœnon: ideſt ꝓmiſcuum: qđ ſub
una ſignificatione marē ac fœminā cōprehendit: ut paſer & aquila: Sunt p̃terea
alia ſono maſculina intellectu fœminina: ut eunuchus comœdia: horeſtes tragœ
dia: centaurus nauis: Alia ſono fœminina intellectu maſculina. Vt feneſtella ſcri
ptor: aquila orator. Alia ſono neutra intellectu fœminina: ut phroneſium glyce-
rium: ſophroniū quæ mulieres ſunt. Alia ſono fœminina intellectu neutra ut
poema ſchema. Alia ſono maſculina intellectu neutra ut pelagus uulgus. Sunt
præterea nomina in ſingulari numero alterius generis: & alterius in plurali: ut
balneum: tartarus: cælum: porrum: cepe: loca fori: nauiū. Sunt item nōīa incerti
generis inter maſculinū & fœmininū ut cortex: radix: ſilex: finis: ſtirps: pinus: pā
pinus: dies. Sunt icerti generis inter maſculinū & neutrū: ut frenus: clipeus: uul-
gus: ſpecus. Sunt nōīa incerti generis inter fœmininū & neutrum: ut buxus: py-
rus: pinus: malus. Sed neutro genere fructū: fœminino ipſas arbores ſæpe dici-
mus. Sunt etiā genera nominum fixa. ſunt mobilia. Fixa ſunt quæ in alterꝶ genus
flecti non poſſunt: ut pater: mater: frater: ſoror. Mobilia aut ꝓpria ſunt & duo ge
nera ex ſe faciunt. ut caius caia: Martius martia. Aut appellatiua ſunt & tria ge-
nera faciūt. ut bonus bona bonū: malus mala malū. Sunt item alia nec in totū fi-
xa nec in totum mobilia. ut draco dracæna: leo læna: gallus gallina: rex regina.
Sūt diminutiua quæ nō ſeruant genera. quæ ex nōībus primæ poſitionis accepe
runt: ut ſcutū ſcutella: piſtrinum piſtrilla: canis canicula: rana ranunculus: ſtatua
ſtatunculus: Nomen in. a. uocalē deſinēs nominatiuo caſu numero ſingulari aut
maſculinū eſt ut agrippa: aut fœmininū ut martia: aut neutrū ut toreuma: ſed tñ
græcū eſt: aut cōmune ut aduena: Aut epicœnon. ut aquila. Nomē in. e. uocalem
deſinēs nominatiuo caſu nūero ſingulari aut fœmininū græcū eſt ut euterpe: aut
neutrum ut ſedile. Nomen in. i. uocalem deſinens nominatiuo caſu numero ſin-
gulari aut neutrum græcum eſt ut gummi: ſynapi. Aut trium generum & ap-
toton ut frugi: nihil. Nomen in. o. uocalem deſinens nominatiuo caſu nume-
ro ſingulari aut maſculinum eſt ut Scipio. Aut fœmininū ut Iuno: aut cōmune
ut homo. Nomen in. u. uocalem deſinens nominatiuo caſu numero ſingulari tan
tum neutrum eſt ut cornu: genu: gelu: ueru. Sed hæc nomina & quæ in conſo-
nantes deſinunt: diuerſas regulas & multiplices habent. Numeri ſunt duo ſin-
gularis & pluralis. Singularis ut hic ſapiens. pluralis ut hi ſapientes. eſt & dualis
numerus qui ſingulariter enunciari non poteſt ut hi ambo: & hi duo. Sunt etiam

nomina numero cõmunia ut res.nubes dies.Sũt ſemp ſingularia generis maſcu- lini ut puluis ſanguis: Sunt ſemper pluralia ut manes.quirites.Sunt ſemp ſingu laria generis fœminini ut pax lux.Sunt ſemper pluralia:ut kalendæ:nundinæ:fe riæ:quadrigæ:nuptiæ:ſcalæ:ſcopæ. Sunt ſemp ſingularia generis neutri:ut pus: uirus:auꝝ:argentũ:oleum:ferꝝ:triticũ: hæc & fere cætera quæ ad menſurã pon dus ue referunť.q̃q̃ multa cõſuetudine uſurpata ſunt: ut uina mella.ordea. Sunt ſemper pluralia eiuſdẽ generis:ut arma.mœnia.floralia.ſaturnalia. Sũt quædam poſitione ſingularia.intellectu pluralia ut populus.cõuentus.cõtio.plebs mul- titudo. Sunt quædam poſitione pluralia intellectu ſingularia ut athenæ:cumæ: thebæ:mycenæ. Figuræ nominibus accidunť duæ: Simplex & Cõpoſita.Sim- plex ut doctus prudens.Cõpoſita ut indoctus: imprudens. Componunť autem nomina modis quattuor:ex duobus integris ut ſuburbanus: ex duobus corru- ptis ut efficax municeps:ex integro & corrupto ut ineptus.inſulſus.ex corrupto & integro pinnipotens nugigerulus. Componuntur etiam ex pluribus ut in expugnabilis imperteritus.In declinatione compoſitoꝝ nominũ animaduertere debemus quod ea quæ ex duobus nominatiuis cõpoſita fuerint per omnes caſus ex utraq; parte declinari poſſunt ut eques Romanus prætor urbanus. Quæ ex nominatiuo & ex quolibet alio caſu compoſita fuerint: ea parte declinari tantũ: qua fuerit nominatiuus caſus: ut præfectus equitum. Senatus conſultum.proui dendum eſt autem ne ea nomina componamus: quæ aut compoſita ſunt aut cõ- poni omnino nõ poſſunt. Caſus nominum ſunt ſex nominatiuus: genitiuus:da- tiuus:accuſatiuus: uocatiuus: & ablatiuus.Ex his duo recti appellantur nomina tiuus:& uocatiuus.Reliqui autem obliqui:ablatiuum græci nõ habẽt.hunc qui dam ſeptimum nõnulli ſextum caſum appellant. Eſt autem nominatiuus ut hič Cato:genitiuus huius Catonis:datiuus huic catoni:accuſatiuus hũc catonẽ:uo- catiuus.o cato:ablatiuus ab hoc catone. Quidam etiam aſſumunt ſeptimum caſum qui eſt ablatiuo ſimilis: ſed ſine præpoſitione ab: ut ſit ablatiuus caſus ab oratore uenio:ſeptimus caſus oratore magiſtro utor. Sunt autẽ formæ caſua- les ſex:ex quibus ſunt nomina. Alia monoptota:alia diptota: alia triptota:alia tetroptota:alia pẽtaptota: alia hexaptota. Sunt præterea hæc aptota quæ neq; per caſus:neq; per numeros declinãtur:ut frugi:nihil:nequã: fas:nefas:nugas.In qua forma ſunt etiã nomina numeroꝝ a quattuor uſq; ad cẽtum. Nã ab uno uſq; ad tres per oẽs caſus numeri declinãtur. Item a ducẽtis & deinceps præter mille. Sunt & nomina quoꝝ nominatiuus in uſu nõ eſt: ut ſi quis dicat hũc laterem ab hac ditione.Item per cæteros caſus nomina multa deficiũt ut ſpõte:tabo. Sunt præterea nomina quoꝝ alia genitiuũ caſum trahunt ut ignarus belli:ſecurus ar- moꝝ.Alia datiuũ ut inimicus malis: cõgruus paribus. Alia accuſatiuũ ſed figu- rate ut exoſus bella:præſcius futura. Alia ablatiuũ ut ſecundus a romulo.alter a ſylla.Alia ſeptimum caſum:ut dignus munere mactus uirtute. Omnia nomi- na ablatiuo caſu numero ſingulari quinq; litteris uocalibus terminanť:ſed ea dũ taxat quæ nõ ſunt aptota. In illis enim regula non tenetur. Quæcunq; nomina ablatiuo caſu ſingulari a littera fuerint terminata genitiuum pluralẽ in rum.ſyl- labam mittunt:datiuũ & ablatiuum in is:ut ab hac muſa harum muſaꝝ:his & ab his muſis.Neceſſe eſt autem cõtra hãc regulam ut declinentur ea nomina.in qui bus genera diſcernenda ſunt ut ab hac dea:harum dearum: his & ab his deabus:

ne ſi diis dixerimus:deos non deas ſignificare uideantur. Q uęcunq; noīa ablatiuo ſingulari.e.littera correpta fuerint terminata gtūm pluralem in um.ſyllabam mittunt:datiuum & ablatiuum in bus:ut ab hoc pariete:horum parietum:his & his parietibus. Contra hanc regulam inuenimus:ut ab hoc uaſe:horū uaſorum his & ab his uaſis. Si uero e producta fuerint terminata:genitiuum pluralem in rum.ſyllabam mittunt.datiuum & ablatiuum in bus:ut ab hac re ha℞ rerum:his & ab his rebus. Sed hæc regula propriæ fœminini generis putatur. Q uęcunq; nomina ablatiuo caſu ſingulari.i.littera fuerint terminata gtūm pluralem in iū. mittunt:datiuum & ablatiuum in bus:ut ab hac puppi:harū puppium:his & ab his puppibus.hmōi nomina caſum actūm pluralem propter differentiam melius in is:q̄ in es:ſyllabam terminant:ut has puppis nauis:clauis:quia puppim:nauim:clauim:& non puppem:nauem:clauem. Eorū autem nominū quæ genitiuo caſu plurali in iū:ſyllabam exire poſſunt trina regula eſt. Prima eorū eſt:quæ nominatiuo caſu ſingulari n.& s.litteris terminantur:ut mons montium. Altera eorum quæ ablatiuo caſu ſingulari e correpta finiunť & fœminina ſunt:ut ab hac clade harū cladium his & ab his cladibus:& ab hac cæde: harum cædium his & ab his cædibus. Tertia eorum quæ ablatiuo caſu ſingulari.i.littera terminantur ut ab hac reſti.ha℞ reſtium his & ab his reſtibus. Sed hæc regula etiam accuſatiuum ſingularem interdum per im ſyllabā terminat:ut hanc reſtim:& hanc puppim.ho℞ multa cernimus conſuetudine commutata. Q uæcūq; nomina ablatiuo caſu ſingulari o littera fuerint terminata gtūm pluralem in rum ſyllabam mittunt:dtūm & abltūm in is:ut ab hoc docto ho℞ doctorum:his & ab his doctis. Contra hanc regulam inuenimus: ut ab hac domo harum domorum his & ab his domibus: & ab hoc iugero ho℞ iugerorum.his & ab his iugeribus. Sed ſcire debemus multa quidem ueteres aliter declinaſſe: ut ab hac domu:ha℞ domuum:his & ab his domibus: & ab hoc iugere horum iugerum his & ab his iugeribus. Verum meminerimus euphoniam in dictionibus plus interdum ualere q̄ analogiam:& regulam præceptorum. Q uæcunq; nomina ablatiuo caſu ſingulari u:littera fuerint terminata gtūm pluralem in um:ſyllabam mittunt gemina u:littera:dtūm & abltūm in bus:ut ab hoc fluctu.horum fluctuū his & ab his fluctibus. Nam nihil neceſſe eſt retinere u:litteram & fluctubus dicere:cum artubus neceſſitate dicamus:ne quis nos artes non artus ſignificare uelle exiſtimet: In hanc regulam non ueniunt: ut dictum eſt: aptota nomina: ut fas: nefas:nequam:nihili. Non ueniunt tantum pluralia:ut ſaturnalia:uulcanalia:compitalia. Non ueniunt quæ a græcis ſumpſimus:ut emblema:epigrāma. Schema: poema:ſtemma. Nam huius formæ nomina ueteres etiam fœminino genere declinabant:In his regulis Analogia uel ex collatione poſitorū nominū:uel ex diminutione cognoſcitur. Meminerimus hæc græca nomina ad græcam formam melius declinari:& ſi illa non nulli ad latinos caſus conanť inflectere. Duodecim autem litteris omnia nomina caſu nominatiuo numero ſingulari terminantur: uocalibus quinque a e i o u. Semiuocales ſex l m n r s x. Muta una t:A:ut tabula:e ut ſedile:i ut frugi:o ut ratio:u ut genu:l ut mel:m ut ſcamnum:n ut flumen:r ut arbor:s ut flos:x ut nox:t ut caput:quidam adiiciunt c ut lac & allec.

❡DE PRONOMINE.

PRonomen eſt pars orationis:quæ pronomine poſita tantũdem pene ſignificat perſonamq́ꝫ interdum recipit.Pronomini accidũt ſex qualitas: Genus:Numerus:Figura:Perſona:& Caſus.Qualitas pronominũ duplex eſt:aut enim finita ſunt pronomina:aut infinita.Finita ſunt quæ recipiũt perſonas.ut ego tu.ille.Infinita ſunt quæ non recipiũt perſonas:ut qs:quæ:qđ.Sunt etiam pronomina minus q̃ finita:ut ipſe:iſte.Sũt præpoſitiua ut qs:hic.Sũt ſubiectiua ut is:idem:Sunt alia gentis ut cuias noſtras:cuiatis:noſtratis.Alia ordinis ut quotus:totus.Alia numeri ut quot:tot.Alia ad aliqd dicta iſinita:quæ nec perſonam:nec locum:nec tempus deſignant:ut cuius:cuia:cuiũ.Alia ad aliqd dicta finita:ut meus:tuus:ſuus:hæc etiam poſſeſſiua dicunť.Sũt item alia qualitatis:ut qualis talis.Alia quantitatis:ut quantus:tantus.Sunt alia demonſtratiua: quæ rem præſentem notant:ut hic hæc hoc.alia relatiua quæ rem abſentem ſignificant.ut is:ea:id:Sũt alia magis demonſtratiua.ut eccum:eccam:ellum. Genera pronominibus ita:ut omnibus accidũt pene omnia: Maſculinũ ut qs fœmininũ ut quæ:Neutrum ut quod:Commune ut qualis talis. Triũ generꝫ ut ego tu ſui. Numerus accidit pronominibus uterq́ꝫ.Singularis ut iſte.Pluralis ut iſti. Sunt etiam numero communia:ut q:quæ.dicimus enim q uir & q uiri. quæ mulier & quæ mulieres.Sunt pronomina tota ſingularia ut meus:tuus:ſuus.Sunt tota pluralia:ut noſtri ueſtri. Ex parte ſingularia:ut mei:tui.ex parte pluralia:ut noſter ueſter.Figura etiam in ꝓnominibus duplex eſt.Aut enim ſimplicia ſunt ꝓnomina ut qs.Aut compoſita ut quiſqs.Nam compoſita ꝓnomina ſecũdum formam nominum ex ea parte declinantur.qua pronomen fuerit caſus nominatiui cuius rei exempla ſunt hæc:qſqs qſnam:qſpiam:aliqs:& cætera.Nam idem quod conſtat ex duobus corruptis:cũ producit maſculinũ pronomen eſt.cũ corripitur neutrũ hic correptum pronomen eſt:hic productum aduerbiũ loci.Perſonæ finitis pronominibus accidunt tres.Prima ut ego.Secunda ut tu.Tertia ut ille. Sed prima perſona & ſecũda generis ſunt omnis:& perſona prima in hoc pronomine cũ eſt numeri ſingularis non habet utũm caſum:pluralis uero habet.Caſus item pronominum ſex ſunt quemadmodũ nominũ.Ntũs ut hic:Genitiuus ut huius:Dtũs ut huic:Actũs ut hunc:Vocatiuus ut o:Ablatiuus ut ab hoc. Sunt ꝓnomina:quæ non per omnes caſus declinantur:ut eccũ eccam ellum:cuius:cuia:cuium: cuiatis:noſtratis.Sũt etiam alia ſine ntõ & uocatiuo ut ſui ſibi ſe a ſe:hæc etiam numeri ſunt communis.Sũt item ſine uocatiuo ut ego:mei:uel mis:mihi:me:a me.Nullum aũt pronomen recipit comparationem q̃uis q̃litatem aut quantitatem ſignificet.Inter pronomina & articulos hoc intereſt qđ ꝓnomina ea putanť:quę cũ ſola ſint uicem nominis complent:ut qs:ille:iſte.Articuli uero cũ ꝓnominibus.aut nominibus aut participiis adiunguntť:ut hic:huius:huic:hũc.O.ab hoc.& pluraliter hi:horum:his:hos:O.ab his.Hæc eadem pronomina & pro articulis & pro demõſtratione ponunť:neuter:uter:unus:omnis:alter:alius:ullus:ambo: uterq́ꝫ. Sunt qui nomina:ſunt qui pronomina exiſtimant.Ideo quod Articulis in declinatione non indiget.

¶De Verbo.

VErbum eſt pars orationis cum tempore & pſona ſine caſu:aut agere aliquid aut pati:aut neutrum ſignificans.Verbo accidunt ſeptem.Qualitas:Cõiugatio:Genus:Numerus:Figura:Tempus:Perſona:Qualitas: Verborum in modis & formis eſt.Modi autem ſunt:ut multi exiſtimant:ſeptem.

Indicatiuus qui & pronunciatiuus dicitur: ut lego. Imperatiuus ut lege. Promiſſiuus ut legam. Sed nos hunc modum non accipimus: Optatiuus ut utinam legerem: Subiunctiuus ut cum legam. Infinitiuus: ut legere. Impersonalis ut legitur. Sed hunc modum quidam pro genere ac ſignificatione uerbi accipiunt: Cuius uerba aut in tur: exeunt: aut in it: aut in et. Sed quæ in tur: & in it: exeunt hæc ab indicatiuo oriuntur: ut lego legitur contingo: contingit. quæ autem in et exeunt duas formas habent. Alia enim ab indicatiuo ueniunt. ut miſereor miſeret. Alia a ſe oriuntur: ut pudet: tedet: pœnitet: libet: quãuis ueteres dixerint pudeo: pœniteo: & tedeo. Qualitas uerborũ etiam in formis eſt conſtituta: quas formas alii uerborum generibus ideſt ſignificationibus admiſcent. Formæ igitur quattuor ſunt: Perfecta: Meditatiua: Inchoatiua: Frequentatiua. Nam & in his græca lingua deficit. Perfecta. ut lego. Meditatiua: ut lecturio. Frequentatiua: ut lectito: Inchoatiua ut ferueſco caleſco. Sed frequentatiua uerba ſemper primæ coniugationis ſunt. Inchoatiua non per omnia tempora declinantur: quia quæ inchoantur præteritum tempus non habent & oriuntur a neutralibus uerbis. Sunt & frequentatiua de nomine uenientia. ut patrizat. græcizat. Sunt quaſi diminutiua quæ a perfecta forma ueniunt. ut ſorbillo. ſugillo. Sunt ſine origine perfectæ formæ: ut pitiſſo uacillo. & frequentatiua ſæpe in tres gradus deducũt uerbum. ut curro: curſo: curſito. Sæpe in duos tantum: ut uolo uolito. Sunt uerba inchoatiuis ſimilia. quæ inchoatiua non eſſe temporum conſideratione dignoſcimus: ut compeſco: compeſcui. Sunt item alia inchoatiua quæ a perfecta forma ueniunt: ut horreo horreſco. Sunt quæ originem ſui non habent: ut conſueſco: quieſco. Coniugationes uerbis accidunt tres: prima: ſecunda: tertia. Prima: eſt quæ indicatiuo modo tempore præſenti numero ſingulari ſecunda perſona uerbo actiuo & neutrali a productam habet ante nouiſſimam litteram paſſiuo communi & deponenti ante nouiſſimam ſyllabam: ut uoco uocas. uocor uocaris: & futurum tẽpus eiuſdem modi in bo & in bor ſyllabam mittit: ut uoco uocabo: uocor uocabor. Secunda eſt quæ indicatiuo modo tempore præſenti numero ſingulari ſecũda perſona uerbo actiuo & neutrali e productam habet ante nouiſſimam litterã paſſiuo communi & deponenti ante nouiſſimã ſyllabam: ut moneo mones: moneor moneris: & futurum tempus eiuſdem modi in bo & bor ſyllabam mittit: ut moneo monebo: moneor monebor. Tertia eſt quæ indicatiuo modo tempore præſenti numero ſingulari: ſecunda perſona uerbo actiuo & neutrali i litteram interdum correptam interdum productam habet ante nouiſſimam litterã: paſſiuo communi & deponenti e correptam uel i productam habet ante nouiſſimam ſyllabam: ut lego legis: & legor legeris: audio audis: & audior audiris: & futurũ tempus eiuſdem modi in am & in ar ſyllabam mittit: ut lego legam: legor legar: audio audiam: audior audiar. Eſt altera ſpecies tertiæ coniugationis: quæ i producta enunciatur: hanc nonnulli quartam eſſe coniugationem putant: quod futurum tempus eiuſdem modi in am & in ar: in bo & bor ſyllabam mittit: ut ſeruio ſeruis: ſeruiam ſeruibo: uincio uincis: uinciam uincibo: uincior uinciris: uinciar uincibor. Quod quidam refutantes nagant in bo & in bor rite exire poſſe tertiam coniugationem: niſi in eo uerbo: quod in prima perſona indicatiui modi tẽporis præſentis: numeri ſingularis: e ante o habuerit: ut eo: queo: eam: queam: ibo: quibo: & paſſiuo queor: quear: quibor: & ſi qua ſunt ſimilia. Genera uet

borum: quæ ab aliis ſignificationes dicuntur: ſunt quinq;: actiua: paſſiua: neutra: communia: deponentia. Actiua ſunt quæ o littera terminantur: & accepta r littera faciunt ex ſe paſſiua: ut lego legor. Paſſiua ſunt quæ r littera terminantur: & ea amiſſa redeunt in actiua: ut legor lego. Neutra ſunt quæ o lr̃a terminantur: & accepta r littera latina non ſunt: ut ſto: curro. Sunt etiam neutra quæ i littera terminantur: ut odi: noui: cœpi: memini. Sunt item quæ in um ſyllabam deſinunt: ut ſum: proſum: obſum. Sunt item quæ in t littera exeunt & imperſonalia dicuntur: ut pudet: tedet: pœnitet: libet: oportet. Sed hæc & ſimilia defectiua exiſtimanda ſunt. Sunt præterea neutro paſſiua: ut gaudio gauiſus ſum: ſoleo ſolitus ſum: audeo auſus ſum: fio factus ſũ: fido fiſus ſum. Deponẽtia ſunt quæ r littera terminantur & ea amiſſa latina non ſunt: ut conuitior: colluctor. Communia ſunt quæ r littera terminantur: & in duas formas cadunt patientis & agentis: ut ſcrutor: criminor. Dicimus enim ſcrutor te & ſcrutor a te: criminor te: & criminor a te. Sunt uerba extra hanc regulam: quæ inæqualia dñr: ut ſoleo: facio: fio: fido: audeo: gaudeo: ueſcor: fero: medeor: edo: pando: mando: nolo: uolo: malo: eo: Sunt quæ declinari rite nõ poſſunt: ut cedo: aue: ſalue: faxo: faxis: infit: inquã: quæſo: aio. Sunt item monoſyllaba: quæ etiam extra regulam ſola ſunt producta: ut ſto: do: : flo: no. Sunt uerba incertæ ſignificationis: ut tondeo: labo: fabrico: punio: munio: patior: mũero: populor: aſſentior: adulor: luctor: arguor. Hæc enim omnia uerba: & in o: um in r litteras finiuntur: & his uerbis tempora participiorum accidunt pene omnia. Sunt item uerba quæ componere poſſumus: ut pono: traho: repono: retraho: Sunt quæ non poſſunt: ut aio: quæſo. Numeri uerbis accidũt duo: ſingularis & pluralis: ſingularis ut lego: pluralis ut legimus. Item ſecundum quoſdam dualis: ut legere. Figuræ uerborum duæ ſunt: aut enim ſimplicia ſunt uerba: ut ſcribo. aut cõpoſita ut deſcribo. Componuntur ẽt uerba quattuor modis: ſicut & cæteræ partes orationis: ex duobus corruptis: ut officio. ex duobus integris: ut obduco: ex corrupto & integro ut aligo. ex integro & corrupto. ut defringo. Sunt uerba compoſita quæ ſimplicia fieri poſſunt: ut repono: diſtraho. Sunt quæ non poſſunt: ut ſuſpicio compleo. Tempora uerbis accidunt tria præſens præteritum: & futurum. Præſens ut lego. præteritum ut legi. futurum ut legam. Præteriti temporis differentiæ ſunt tres: imperfecta: perfecta: pluſquam perfecta: Imperfecta ut legebam: perfecta ut legi. pluſquam perfecta ut legeram. Ergo in declinatione uerborum quinq; tempora numeramus. præſens: præteritum imperfectum præteritum perfectum præteritum pluſquã perfectum & futurum. Perſonæ uerbis accidunt tres: prima: ſecunda: tertia. Prima eſt: quæ dicit ut lego. Secunda cui dicitur. ut legis. Tertia de qua dicitur. ut legit: ſed prima perſona non indiget caſu ſed admittit plerunq; nominatiuum: ut uerberor innocens. liber ſeruio. Secunda perſona trahit caſum uocatiuũ ut uerberaris innocens: ſeruis liber. Tertia trahit nominatiuum. ut uerberat᷑ innocens: & ſeruit liber. Quinetiam uerba imperſonalia: quæ in tur exeunt caſui ſeruiunt datiuo & ablatiuo: ut geritur: a me: a te: ab illo: dicitur mihi: tibi: illi. Quæ uero in it. exeunt caſui ſeruiunt datiuo: ut contingit mihi: tibi: illi. Quæ uero in. et. exeunt: ea modo datiuo modo accuſatiuo caſui ſeruiunt: datiuo ut libet mihi: tibi: illi. Accuſatiuo: ut decet me: te: illum. Sunt uerba præterea quorum alia genitiui caſus formulam ſeruant: ut miſereor mei. tui. ſui. Alia datiui ut maledico

tibi:ſuadeo illi. Alia accuſatiui ut accuſo illum. Inuoco illum. Alia ablatiui ut diſcedo ab illo:auertor ab illo. Alia ſeptimi cāus ut fruor agro:potior auro. Omnia uerba modi indicatiui tpis præſentis numeri ſingularis primæ perſonæ aut e aut i aut u ante o habent:Si autem uocalem ante o lrām non habuerint exceptis f & k & q:cæteras omnes latinas conſonantes recipiūt e ut ſedeo:i ut latino:u ut ruo:b: ut bibo:c:ut uoco:d:ut uado:g:ut ago:h ut traho:l ut impello:m:ut amo:n ut cano:p ut ſcalpo:r:ut curro:s ut laſſo:t ut peto:x ut texo:his accidunt i & u pro conſonantibus:ut aio:adiuuo. Nam triumpho per p & h ſcribitur & o litteræ non præponitur. Item q ſine u præferri o litteræ non poteſt. Sūt uerba defectiua alia per modos:ut cedo:alia per formas:ut faceſſo:alia per coniugationes:ut adſum:alia per genera:ut gaudeo:alia per numeros:ut faxo:alia per figuras:ut impleo : alia per tempora:ut fero:alia per pſonas:ut cedo:faceſſo:adſum:ſoleo : faxo : impleo: fero:edo. Verba quoque imperſonalia cum per omnes modos declinari poſſint: inueniuntur quædam defectiua:ut liquet:miſeret.

De aduerbiis.

ADuerbiū eſt pars orationis quæ adiecta uerbo ſignificationem eius:aut complet:aut mutat:aut minuit:ut iam faciam:uel non faciam:parum faciam. Aduerbia aut a ſe naſcuntur:ut heri:hodie:nuper:aut ab aliis partibus orationis ueniūt. Veniūt autem a nomine appellatiuo: ut doctus docte. A proprio:ut Tullius tulliane. A uocabulo:ut hoſtium hoſtiatim. A pronomine:ut meatim:tuatim. A uerbo:ut curſim:ſtrictim. A nomine & uerbo:ut pedetentim. A participio:ut indulgens indulgenter. A nomine uenientia:aut in a exeunt:ut una:aut in e productam:ut docte:aut in e correptam:ut rite:aut in i : ut ueſperi: aut in o productam:ut falſo:aut in o correptam:ut modo : aut in u:ut noctu : aut in l:ut ſemel:aut in m:ut paulatim:aut in r:ut breuiter:aut in s:ut funditus. Aduerbia quæ in e exeunt produci debent:præter illa quæ aut non comparantur:ut rite:aut comparationis regulam non ſeruant:ut bene male:faciunt enim bene melius optime:male peius peſſime:aut ea quæ a nomine uerboue non ueniunt : ut impune ſæpe:cæterum facile & difficile quæ aduerbia ponuntur : nomina potius dicenda ſunt eſſe pro aduerbiis poſita:ut eſt toruum clamat:horrendum reſonat. Ergo aduerbia quæ in e productam exeunt ab eo nomine ueniunt:quod datiuo caſu ſingulari o littera terminatur:ut huic docto docte:& huic ſedulo ſedule. Quæ in r litteram exeunt ab eo nomine ueniunt:quod datiuo caſu ſingulari i littera terminatur:ut huic agili agiliter. Contra hanc regulam multa ſæpius uſurpauit auctoritas. Nam quædam ut diximus & in datiuo caſu in o permanent:& aduerbium faciunt:ut falſo ſedulo:quædam contra faciunt:ut huic duro non dure: ſed duriter. Aduerbio accidunt tria. Significatio:Comparatio:Figura : Significatio aduerbiorum in hoc ſecernitur : quia ſunt aduerbia loci : ut hic ubi ibi. Temporis : ut hodie nuper. Numeri:ut ſemel bis. Negandi:ut non nihil. Affirmandi:ut etiam quidni. Demonſtrandi:ut en ecce. Optandi:ut utinam. Hortandi:ut eia. Ordinis:ut deinde. Interrogandi:ut cur quare quamobrem. Similitudinis:ut quaſi ceu. Qualitatis:ut docte pulchre. Quantitatis:ut multum parum. Dubitandi:ut forſan fortaſſe. Perſonalia:ut mecum:tecum:ſecum : nobiſcum : uobiſcum. Vocandi:ut heus. Reſpondendi:ut heu. Separandi:ut ſeorſum. Iurandi: ut ædepol caſtor hercle mediusfidius. Eligendi:ut potius immo. Congregandi:

ut ſimul una pariter. Prohibendi: ut ne. Euentus: ut forte fortuitu. Comparandi: ut magis & tam. Sunt etiam aduerbia infinita: ut ubi qñ: ſunt finita ut hic modo. Aduerbia loci duas ſpecies habent: in loco & ad locum ſignificantes: In loco ut intus foris. Ad locum: ut intro foras. Dicimus.n. intus ſum: foris ſum: intro eo: foras eo. Adiiciunt quidam de loco: quod ſic dicitur quaſi in loco: ut intus exeo foris uenio. Adiiciunt quidam etiam per locum: ut hac illac: heus & heu interiectiones multi non aduerbia putauerũt: ideo quia non ſemper ſubſequuntur uerbum. Comparatio accidit aduerbio quia huic quoq; comparationis gradus ſunt tres: poſitiuus: comparatiuus: ſuperlatiuus. Poſitiuus: ut docte: Comparatiuus: ut doctius. Superlatiuus: ut doctiſſime & quoniam aduerbia quoq; ſunt quæ per omnes gradus ire nõ poſſunt. Ideo his ad iungendam ſignificationem pro cõparatiuo & ſuperlatiuo magis & maxime coniũgimus; ad minuendam minus & minime: quemadmodum enim comparantur. Ita & minuũtur aduerbia a poſitiuo: ut primum primule: longe longule. A comparatiuo: ut melius meliuſcule: longius longiuſcule. A ſuperlatiuo aũt gradu uel nulla exempla uel perrara ſunt. Figuræ aduerbiorum duæ ſunt: aut enim ſimplicia ſunt aduerbia: ut docte prudenter: aut cõpoſita ut indocte imprudenter. Componunt etiam aduerbia modis quattuor: ſunt autem multæ dictiones dubiæ inter aduerbiũ & nomen: ut falſo: inter aduerbiũ & pnomen: ut quomõ: inter aduerbiũ & uerbũ: ut pone: inter aduerbium & participiũ: ut profecto: inter aduerbiũ & cõiũctionẽ: ut qñ: inter aduerbium & præpoſitionẽ: ut pp: inter aduerbiũ & interiectionẽ: ut heu. Horum quædam accentu diſcernimus: quædã ſenſu. Sunt item aduerbia loci: quæ iprudentes putant nomina in loco: ut Romæ ſum: de loco: ut Roma uenio: ad locum ut Romã pergo: His præpoſitio non ante ponitur: quę prouinciis: locis: regionibus uel adiici ſolet: ideo quia de ſignificatione nois non recedunt ut de Aphrica uenio: ad ſiliciam pergo: in Italiam ſum. Prępoſitio ſeparatim aduerbiis non applicabitur quamuis legerimus deſurſum deſubito derepente & exinde & abuſq; & dehinc: ſed hæc tanquam unam partem orationis ſub uno accentu pronunciabimus.

De Participio.

PArticipium eſt pars oratiõis dicta eo quod partem capiat nominis partemq; uerbi: recipit enim a nomine genera & caſus. A uerbo tempora & ſignificationes: ab utroque numerum & figuram. Participio accidunt ſex: Genus: Caſus Tempus: Significatio: Numerus: & Figura. Genera participiis accidunt quattuor. Maſculinum: ut lectus: Fœmininum: ut lecta: Neutrum: ut lectum: Commune: ut legens. Nam omnia participia præſentis temporis generis ſunt communis. Caſus totidem ſunt participiorum quot & nominum: nam per omnes caſus etiam participia declinantur. Tẽpora participiis accidunt tria: præſens præteritum & futurum: ut luctans luctatus luctaturus. Significationes participiorum a generibus uerborum ſumuntur. Veniunt enim participia a uerbo actiuo duo præſentis temporis & futuri: ut legens lecturus: A paſſiuo duo præteriti temporis & futuri: ut lectus & legendus. A neutro duo ſicut ab actiuo præſentis temporis & futuri: ut ſtans & ſtaturus. A deponenti tria: præſentis præteriti & futuri: ut luctans luctatus & luctaturus: A communi quattuor: præſens præteritum: & duo futura: ut criminans criminatus criminaturus & criminãdus. Inchoatiua participia præſentis tẽporis ſunt tñi: ut horre-

ſcens tepeſcens caleſcens.Defectiua interdũ alicuius temporis ſunt ut ſoleo ſoles
ſolitus.Interdũ nullius:ut ab eo quod eſt memini nullũ participiũ reperitur. In
terdum A non defectiuo uerbo pticipia defectiua ſunt:ut ab eo qđ eſt ſtudeo ſtu
dens:& futuꝝ tempus nõ habet in uſu.Ab impſonali uerbo participia niſi uſurpa
ta fuerint nõ ueniunt.Numerus participiis accidit uterqꝫ ſingularis & pluralis.
Singularis:ut hic legens.Pluralis hi legẽtes.Figura item participioꝝ duplex eſt.
Aut enim ſimplicia ſunt participia:ut ſcribẽs.Aut compoſita:ut deſcribens.Cõ
ponunt̃ etiam participia modis quattuor.Sunt nõia ſpẽm participioꝝ habentia:
ut tunicatus:galeatus:quæ qa a uerbo nõ ueniũt:nõ ſunt participia appellanda.
Ex qbus ſunt etiã illa:quæ cũ participia uideant̃:uerboꝝ tñ ſignificatione priua
ta ſunt:ut prãſus:cœnatus:placita:nupta:triũphata:regnata.Nam prandeor:cœ
nor:placeor:nubor:triũphor:regnor:non dr̃.Sunt etiam alia participia:quæ ac
cepta præpoſitione & a uerbis:& a participiis recedũt:ut nocens innocẽs. Nam
noceo dicit̃ innoceo non dicit̃.Sunt ueluti participia quæ a uerbo ueniunt & qa
tempus non habent nomina magis q̃ participia iudicant̃:ut furibundus: moribũ
dus:ludibũdus.Sunt multa participia eadem & nomina:ut paſſus:uiſus: cultus:
ſapiens:indulgens:quæ tamen & caſibus diſcrepant:& temporibus dinoſcunt̃ &
comparata mutant̃.Sunt alia participia defectiua quæ per omnia tẽpora ire non
poſſunt quæ a uerbo ueniunt:ut eſt ceptus urgendus.Sunt participia quæ acce
pta comparatione fiunt nõia:ut acceptus acceptior:incẽſus incenſior: aduerbia
de participiis fieri poſſe nonnulli negant:ſed hos plurimæ lectionis reuincit au
ctoritas.

ℭDe Coniunctione.

COniunctio eſt pars orationis adnectens ordinanſqꝫ ſententiam.Coniun
ctioni accidunt tria:poteſtas:figura:& ordo.Poteſtas coniunctionũ in
qnqꝫ ſpecies diuidit̃.Sunt enim copulatiuæ:diſiũctiuæ:expletiuæ: cau
ſales:rationales:copulatiuæ:hæ ſunt:&:qꝫ:at:atqꝫ:ac:aſt.Diſiũctiuæ ſunt:aut:ue:
uel:ne:nec:an:neqꝫ.Expletiuæ ſunt:quidem:equidem:ſaltem:uidelicet: quãquã:
quãuis:quoqꝫ:enim:autem:porro:licet:tamen.Cauſales:ſi:tametſi:etſi:ſiqđ:quan
do:quãdo qđem:qn:qnetiam:quatenus:ſin:ſeu:ſiue:neu.nã:namqꝫ: ni:niſi : enim:
etenim:ne ſed:interea:quamobrem:præſertim:item:itemqꝫ : cæterum : alioquin:
præterea.Ratiõales:ita:itaqꝫ:enim:enim uero:qa:quare: quapropter:quoniam:
quandoqđem:qppe:ergo:ideo:igit̃:ſcilicet:propterea:iccirco.Figuræ coniũctio
num duæ ſunt:ſimplex ut nam:compoſita ut nãqꝫ.Ordo coniunctionũ in hoc eſt:
qa aut præpoſitiuæ ſunt coniunctiones:ut:at:aſt.Aut ſubiunctiuæ:ut quæ autẽ.
Aut communes:ut:ergo:igitur.Sunt etiam dictiones:quas incertum eſt.Vtrum
coniunctiones an præpoſitiones:an aduerbia nominemus:niſi ſententiam conſi
derauimus incerta ſunt:quæ tamen omnes ſenſu facile diſcernunt̃.Nam & con
iunctiones pro aliis coniunctionibus poſitæ inueniunt̃ poteſtate mutata.

ℭDe Præpoſitione.

PRæpoſitio eſt pars orationis quæ præpoſita aliis partibus orationis ſi
gnificationem earum:aut mutat:aut complet:aut minuit.Nam aut no
mini præponitur ut inualidus:aut prænomini præponit̃:ut per me uel
ſupponitur:ut mecum:tecum:ſecum:nobiſcum:uobiſcum:aut uerbum præcedit:
ut perfero:aut aduerbium:ut expreſſe:aut participium: ut præcedens:aut con
iunctionem:ut abſqꝫ:aut ſemet ipſam ut circũcirca.Præpoſitiones aut caſibus ſer

uiunt:aut loquelis:aut æque caſibus & loquelis:hæc aut coniunguntur:aut ſepa-
rant͛:aut coniungunt͛ & ſeparantur:Q uæ loquelis ſeruiũt: coniunguntur:ut di:
dis:re:ſe:an:con:dicimus enim diduco:diſtraho:recipio:ſecubo:amplector: con-
gredior. Separantur ut apud penes.Coniunguntur & ſeparantur cæteræ omnes
ex quibus in:& con:præpoſitiones:ſi ita compoſitæ fuerint:ut eas ſtatim.s.uel.f.
litteræ conſequantur:plerunq; producuntur ut inſula:infuſa:conſilium : confeſ-
ſio:præpoſitioni accidit caſus tantum:caſus nãq; in præpoſitionibus duo ſunt:ac
cuſatiuus & ablatiuus.Aliæ enim præpoſitiones accuſatiuo caſui ſeruiunt.Aliæ
ablatiuo:aliæ utriq; caſui.Accuſatiui caſus prępoſitiones ſunt hæ:ad:apud:ante:
aduerſus:cis:citer:circũ:circa:contra:erga: extra:inter:intra:ĩfra:iuxta:ob:pone:
ꝑ:prope:ſecundũ:poſt:trans:ultra:præter:propter:ſupra:circiter:uſq;:ſecus: pe-
nes.Dicimus enim ad patrem:apud uillam:ante ædes:aduerſum inimicos: cis:re
num:citra:forum:circum uicinos:circa templum:cõtra hoſtem:erga ꝓpinquos:
extra terminos:inter naues:intra mœnia:infra tectum:iuxta macellum: ob augu
rium:pone tribunal:per parietem:prope feneſtram:propter diſciplinam : ſecun-
dum fores:poſt tergum:trans ripam:ultra fines:pręter officium:ſupra cælum:cir
citer annos:uſq; oceanum:ſecus uos:penes arbitros.Ex his ad:& apud: cũ unius
caſus ſint diuerſo modo ponunt͛.Dicimus enim ad amicũ uado:apud amicũ ſum.
Nam neq; apud amicum uado recte dicitur:neq; ad amicum ſum. Vſq; præpoſi-
tio plurimis non uidetur:quia ſine aliqua præpoſitione proferri recte nõ poteſt:
unde adiungitur utriq; caſui:pro qualitate præpoſitionis eius:cui fuerit copula-
ta:ut uſq; ad & uſq; ab. Ablatiui caſus præpoſitiones ſunt hæ:a:ab:abs : cum : co-
ram:clam:de:e:ex:pro:prę:palam:ſine:abſq;:tenus.Dicimus enim:a domo:ab ho
mine:abſque quolibet:cum exercitu:coram teſtibus : clam cuſtodibus : de foro:
e iure:ex præfectura:pro clientibus:præ timore:palã omnibus:ſine labore:abſq;
iniuria:tenus pube.Sed hæc præpoſitio propter euphoniam ſubiicit͛:& facit pu
betenus:clam præpoſitio caſibus ſeruit ambobus. Vtriuſq; caſus præpoſitiones
ſunt hæ:In:ſub:ſuper:& ſubter:quarum:in:& ſub:tunc præpoſitiones accuſatiui
caſus ſunt:cum aduerſum:uel:ante:ſignificant:ut ibant in aurialum:& ſub ipſum
arctuꝫ:ꝑ ante. Tunc ablatiui caſus:cum uim recte retinent:nec pro accuſatiuis
præpoſitionibus ponũtur.Item accuſatiui caſus ſunt:cum ad locum uel nos:uel
quoſlibet ire:iiſſe:ituros eſſe ſignificamus:cuius rei exempla ſunt hęc.In accuſa-
tiui caſus:ut itur in antiquam ſiluã.In ablatiui caſus:ut ſtans celſa in puppi . Sub
accuſatiui caſus:ut poſteſq; ſub ipſos nitunt͛ gradibus.Sub ablatiui caſus: ut ar-
ma ſub aduerſa poſuit radiantia quercu.Super uero & ſubter cũ accuſatiuo caſui
naturaliter præponant͛:& ablatiuo tamen plerũq; iũguntur:ut gemina ſuper ar
bore ſidunt & ferre iuuat ſubter denſa teſtudine caſus. Q uanquam multi ſunt
qui non putant ambiguas eſſe præpoſitiones:niſi duas:in & ſub. Cæterum ſuper
& ſubter cũ locum ſignificant figurate ablatiuo iunguntur:extra quam formam
ſuper præpoſitio cum:de:ſignificat:hoc eſt mentionem de aliquo fieri : ablati-
ui caſus eſt tantum : ut multa ſuper Priamo rogitans ſuper Hectore multa:hoc
eſt de Priamo:& de Hectore.Separatæ præpoſitiones acuuntur:coniũctæ uero
caſibus:ut loquelis:uim ſuam ſæpe commutant : & graues fiunt. Præpoſitio-
nes aut uerba ipſa:cum componuntur:corrumpũt:ut conficio:aut ipſe corrum-
puntur:ut affero:aut corrumpunt:& corrumpuntur:ut ſuſpicio. Antiqui præ-

poſitiones etiam gtō caſui iūgebant:ut cruꝝ tenus.Item:poſt:& ante:& circum
utriqꝫ caſui iūctas inuenimus.Sed ſcire nos conuenit præpoſitiones uim ſuā tūc
retinere cū pręponunt:ſuppoſitas uero & ſignificationem ſuā & uim nominis &
legem ꝓpriam non habere:& aduerbia faciunt ſi quando illas non ſubſeqtur ca-
ſus.Separare præpoſitiones ſeparatis præpoſitionibus non cohærent.Sūt q pu
tant accidere prępoſitioni & figuram & ordinem.Figuram qa ſunt præpoſitiōes
ſimplices ut abs:compoſitæ ut abſqꝫ.Ordinem qa ſunt præpoſitiones præpoſiti-
uæ:ut ſine.Sunt ſubiūctiuæ ut tenus.Sed hæc nos & ſimilia in his adnumeraui
mus:quæ inæqualia nominant.

De Interiectione.

INteriectio eſt pars orationis interiecta aliis partibus oratiōis ad expri-
mendos animi affectus:aut metuētes:ut enim:at:at:Aut optantis ut o.
Aut dolentis ut heu.Aut admirātis ut pape.Aut lætantis:ut euax.Sed
hæc græci aduerbiis applicant:qđ ideo latini non faciūt:qa huiuſcemodi uoces
non ſtatim ſubſequit uerbū.Licet aūt pro interiectione etiam alias partes oratio
nis ſingulas plures ne ſupponere:ut ne fas pro nefas:Accentus interiectionibus
certi eſſe non poſſunt:ut fere in aliis uocibus quas inconditas inuenimus.

DONATVS DE BARBARISMO.

BArbariſmus eſt una pars orationis uitioſa in cōi ſermo
ne.In poemate uero Metaplaſmus:Item Barbariſmus
in noſtra loqla:in peregrina:barbara lexis dicit:ut ſiqs
dicat Maſtruca:Catera:Magalia:Acinacis.Barbariſm⁹
aūt fit duobus modis:ſcripto & pronūciatione. His bi
partitis q̄tuor ſpecies ſupponunt:Additio:Detractio:
Immutatio:Tranſmutatio:Litteræ:Syllabæ:Tēporis:
Toni:Aſpirationis.Per additionē litteræ fiūt Barbariſ
mi:ut relliqas Danaum:cū reliqas per unū l dicere de-
beamus.Syllabæ:ut nos abiiſſe rati:ꝓ abiſſe.Tēporis:
ut Italiam fato:cū Italiā correpta prima ſyllaba dicere debeamus.Per detractio
nem litteræ:ut infantibu paruis ꝓ infantibus.Syllabæ:ut ſalmentū ꝓ ſalſamētū.
Temporis:ut unius obnoxam correpte ꝓ unius ꝓducte.Per imutationē litteræ:
ut olli pro illi.Syllabæ:ut pnuces ꝓ pernices.Tpis:ut feruere leucatem:cū ferue
re ſit ſcđæ coniugationis:& ꝓducte dici debeat.Per tranſmutationem litteræ:ut
euādre pro euander.Syllabę:ut diſplicina:ꝓ diſciplina.Temporis:ut ſi qs deos
ꝓducta priori ſyllaba & correpta poſteriori pronūciet.Toni quoqꝫ ſimiliter per
has quattuor ſpecies commutant:Nam & ipſa adiiciunt:detrahunt:mutant:&
trāſmutant.Quoꝝ exempla ultro ſe offerūt:ſiqs ingrat.Totidem etiam modis
per aſpirationem deprehendit Barbariſmus:quem qdem ſcripto:qdam pronun
ciatione iudicant a ſcribendū propter.H.ſcilicet:quā alii litteram.Alii aſpiratio
nis notam deputant.Fiūt aūt barbariſmi per hyatus & colliſiones.Sūt etiam ma
læ compoſitiones Cacoſyntheton:quæ uitia nonnulli barbariſmū eſſe putāt.In
qbus ſunt Methaciſmi:Labdaciſmi:Iotaciſmi:Hyatus:Colliſiones & omnia quę
plus æquo minuſue ſonantia ab eruditis auribus reſpuuntur.Nos cauenda hæc
omnia uitia prælocuti controuerſiam de nomine pertinacibus relinquamus.

SOlœciſmus eſt uitium in contextu partiũ orationis contra regulã artis grammaticæ factum. Inter Solœciſmum & Barbariſmum hoc intereſt: quod Solœciſmus diſcrepantes aut in conſequẽtes inter ſe dictiões habet. Barbariſmus autem in ſingulis uerbis fit uel ſcriptis uel pronunciatis. Q uã quam multi errãt: qui putant etiam in una parte orationis fieri ſolœciſmũ: ſi aut demonſtrantes uirum: hanc: aut fœminam hunc dicamus: aut interroganti quo pergamus: reſpondeamus R omæ: aut unum ſalutantes ſaluete dicamus: cũ utiq; præcedens demonſtratio uel interrogatio: uel ſalutatio ujm contextæ orationis obtineat. Multi etiã dubitauerunt. Q uadriga: Scopa: S olœciſmus an Barbariſmus eſſet: cum ſcilicet id genus dictionis barbariſmum eſſet: uel ex ipſius uitii finitionis poſſit agnoſci facile. Solœciſmus fit duobus modis & per partes orationis: aut per accidẽtia partium orationis. Per partes orationis fiunt: cum una pars pro alia ponitur: ut Toruũ quæ repente clamat pro torue: nomen pro aduerbio ponitur. Fit etiã in eadem parte orationis hoc uitium: cũ ipſa pro ſe: nõ in ſuo loco: neq; ut conuenit ponitur: ut Cui tantum de te licuit. pro in te. Et eo apud amicum: pro ad amicum & Intro ſum pro intus. & Foris eo pro foras. Per Accidentia partium orationis fiunt tot modis ſolœciſmi: quot ſunt accidẽtia partiũ orationis. Sed in his ꝓpter cõpendium exẽpli cauſa pauca monſtrabimus. Nam per qualitates nominũ fiunt ſolœciſmi: ut hauriat hũc oculis ignem crudelis ab alto. Dardanus: pro dardanius: proprium pro appellatiuo poſuit: Per genera: ut ualidi ſilices: ꝓ ualidæ: & amaræ cortices ꝓ amari. Per numeros: ut pars in fruſtra ſecant: pro ſecat. Per comparationem: ut reſpõdit Iuno ſaturnia ſancta deaꝝ: pro ſanctiſſima. Per caſus: ut urbẽ quã ſtatuo ueſtra eſt: pro urbs. Per modos uerboꝝ: ut Itis paratis arma quãprimũ uiri: pro ite parate arma: Indicatiuum ꝓ imperatiuo poſuit. Per ſignificationes uerboꝝ: ut expoliantur eos & corpora nuda relinquunt. pro expoliant. Per tẽpora: ut cecidit quæ ſuperbũ ilium & oĩs humo fumat neptunia troia: ꝓ fumauit. Per perſonas: ut danai qui parent atridis quãprimũ arma ſumite: pro qui paretis. Per aduerbia: ut intus eo ꝓ ĩtro. & Italia uenio ꝓ de Italia: & ad Romã uado pro Romã: cũ ꝓpoſitio ſeparatim noĩbus addenda ſit: non aduerbio. per Præpoſitiones cũ una pro alia ponitur: ut ſub Lucem ibant pro ante lucem. Aut neceſſario ſubtrahitur: ut Siluis te tyrrhene feras agitare putaſti. pro in ſiluis. per Coniunctiones: ut ſubiectiſq; urere flammis: pro ue. Fit per ordinem coniunctionum: ut autem fieri non debet cum dicendum ſit fieri autem non debet. Fiunt præterea Solœciſmi pluribus modis: quos repræhendendo potius quam imitando poſſumus annotare: Solœciſmus eſt in proſa. In poemate Schema dicitur.

¶ Sequitur de decem uitiis.

CVm barbariſmo & ſolœciſmo decẽ uitia nominant᷑ hoc modo. Acyrologia. Cacẽphaton. Pleonaſmos: Periſologia: Macrologia: Tautologia: Eclypſis: Tapinoſis. Cacoſynthetõ: Amphibologia. Acyrologia eſt impropria dictiõis poſitio ut. Hũc ego ſi potui tm̃ ſperare dolorem: pro timere. Cacenphaton eſt obſcena pronunciatio: uel in compoſita dictione: uel in uno uerbo: ut numerum cum nauibus æquat. Et arrige aures pamphile. Pleonaſmos eſt adiectio ſuperuacua: ad plenam ſignificationem: ut ſic ore locuta eſt. Periſologia eſt adiectio ſuperuacua ſine ulla ui rerum ut ibant qua poterant qua non poterant non ibant. Macrologia eſt longa ſententia: res non neceſſarias

comprehendens:ut legati non impetrata pace retro unde uenerunt reuerſi ſunt. Tautologia eſt eiuſdem dictionis repetitio uitioſa:ut egomet ipſe uenio. Eclipſis eſt defectus quidam neceſſariæ dictionis:quam deſyderat præciſa ſententia: ut Hæc ſecum:deeſt loquebatur. Tapinoſis eſt humilitas magnæ rei:non id agente ſententia:quod demonſtrat ut penituſq; cauernas ingentes:uterumq; armato milite complent.i.multæ legiones armatorum militum implerũt multas cauernas. Et dulychias uexaſſe rates. Et pelidæ ſtomachum cedere neſcii. Cacoſyntheton eſt uitioſa dictionum compoſitio:ut Verſaq; iuuencum terga fatigamus haſta. Amphibologia eſt ambiguitas dictionis:quę fit per actũm:ut ſi quis dicat audio ſecutorem retiarium occidiſſe. Aut per uerbum:ut criminatur Cato. Vadaẽ Tullius nec addatur quem uel a quo. Aut per participium:ut Video ſtatuam auream haſtam tenentem. Et etiam per omonyma:ut ſi quis dicat aciem nec addat oculorum:aut exercitus:aut ferri. Fit præterea pluribus modis:quos recenſere omnes: ne nimis longum eſſet:non oportet.

Metaplaſmus eſt trãſformatio quędã recti ſolitiq; ſermonis in alterã ſpẽm metri ornatus neceſſitatiſue cã. Huius ſunt ſpẽs q̃ttuordecim. Proſtheſis. Epentheſis: Paragoge: Aphæreſis: Syncopa: Apocopa: Ectaſis: Syſtole: Diæreſis: Synereſis: Synalœpha: Ecthlipſis: Antitheſis: Metatheſis. Proſtheſis eſt appoſitio quædam ad principiũ dictionis lr̃æ: uel ſyllabę: ut gnatæ ꝓ natæ: rettulit ꝓ tulit. Epentheſis eſt poſitio quædã ad mediã dictionem lr̃æ: uel ſyllabæ: ut relliqas ꝓ reliqas: Induperator ꝓ imperator. Hanc autem alii epẽtheſim: alii: parentheſim uocant. Paragoge eſt appoſitio quædam ad finem dictionis: litteræ: uel ſyllabæ: ut magis pro mage: & poteſtur pro poteſt. Hanc alii Paralepſim: alii Prolepſim.i. præſumptionem uocant. Aphæreſis eſt ablatio de principio dictionis litteræ uel ſyllabæ contraria proſtheſi: ut mitte ꝓ dimitte & temno ꝓ contẽno. Syncopa eſt ablatio de media dictione lr̃æ uel ſyllabæ contraria epẽtheſi: ut audacter ꝓ audaciter: & cõmorat ꝓ commouerat. Apocopa eſt ablatio de fine dictionis litteræ uel ſyllabæ contraria paragoge. ut Achilli ꝓ Achillis: & poſſis pro poſitis: & potes ꝓ poteſtis: & mutu pro mutuo. Ectaſis eſt extenſio ſyllabæ contra naturã uerbi: ut Italiã fato ꝓfugus: cũ Italiã prima ſyllaba correpta dicere debeamus. Syſtole eſt correptio ſyllabæ cõtra naturã uerbi facta contraria ectaſi: ut aquoſus orion: ꝓ orion ꝓducta. Diæreſis eſt diuiſio unius ſyllabæ in duas: ut olli reſpondit rex albai longai ꝓ albæ longæ: & aulai in medio libabant pocula bacchi: ꝓ aulæ: & diues pictai ueſtis & auri ꝓ pictæ. Synereſis eſt conglutinatio duaꝝ ſyllabaꝝ in unã: contraria dyereſi: ut phaton ꝓ phaeton: & æripedẽ ꝓ aeripedem. Synalœpha eſt ꝑ interemptionẽ cõcurrentiũ inter ſe uocaliũ lubrica quædã leniſq; colliſio: ut Atq; ea diuerſa penitus dum parte geruntẽ. Hæc a qbuſdam Sinæreſis: uel colliſio nuncupatur. Ecthlipſis eſt conſonantium cum uocalibus aſpere concurrentibus difficilis: ac dura colliſio: ut Littora multum ille & terris iactatus & alto. Antitheſis eſt litteræ pro littera poſitio: ut olli ſubridens pro illi. Metatheſis eſt tranſformatio litterarum in alio loco: nulla tamen littera ex ea dictione ſublata: ut euandre pro euander: & Tymbre pro tymber. Schemata lexeos & dianœas ſunt quædam figuræ uerborum & ſententiarum. Sed ſchemata dianœas ad oratores pertinent: Ad grammaticos uero lexeos. Quæ cum multa ſint ex omnibus: fere neceſſaria ſunt ſexdecim ſcilicet:

Prolepſis:Zeugma:Hypozeuxis:Syllepſis:Anadiploſis:Anaphora: Epanalepſis:Epitheton:Paranomaſia: Scheſiſonomaton : Paromœon : Omœoteleuton: Polyptoton:Hirmos:Polyſyntheton. Dialyton. Prolepſis eſt præſumprio rerum ordine ſecutarum:ut interea reges ingenti mole latinus procedunt caſtris. Turnus deinde æneas. Zeugma eſt unius uerbi concluſio diuerſis clauſulis apte coniuncta:ut Troiugena interpres diuum:qui numina phœbi:qui tripodas clarii lauros:q̄ ſydera ſentis. Hypozeuxis eſt figura ſuperiori contraria : ubi diuerſa uerba ſingulis clauſulis redduntur : ut regem adiit:regi memorat : nomenque genuſque. Syllepſis eſt diuerſarum clauſularum per unum uerbum conglutinata conceptio:ut Hic illius arma:hic currus fuit. Hoc ſchema late patet. Et fieri ſolet non ſolum per partes orationis:ſed per accidentia partium orationis. Item ſylepſis eſt in diſſimilibus clauſulis:quando dictio ſingularis uerbo plurali adiungitur. ut ſunt nobis mitia poma:caſtaneæ molles & preſſi copia lactis. Anadiploſis eſt geminatio dictionis:quæ ex ultimo loco præcedentis uerſus:& principio ſequentis iteratur:ut ſequitur pulcherrimus aſtur:Aſtur equo fidens. Anaphora eſt relatio eiuſdem uerbi per principium plurimorum uerſuum : ut Nate meæ uires:mea magna potentia ſolus. Nate patris ſummi:qui tela typhœa temnis. Epanalepſis eſt uerbi in principio poſiti uerſus in eiuſdem fine repetitio:ut Multa ſuper priamo rogitans:ſuper hectore multa. Ante etiam ſceptrum dictæi regis & ante. Epizeuxis eſt eiuſdem uerbi in eodem uerſu ſine aliqua dilatione geminatio: ut me me adſum qui feci in me conuertite ferrum. Paronomaſia eſt ueluti quædam denominatio:uel quotiens aliud nomen efficitur de alio:ut nam inceptio eſt amentium:aut amantium. Scheſiſonomaton eſt multitudo nominū coniūctorum eodem habitu copulandi:ut marſa manus:peligna cohors: feſtina uirum uis. Paromœon eſt:quando ab eiſdem litteris diuerſa nomina ſumuntur: ut Tite tute tati tibi tanta tyranne tuliſti. Omœoteleuton eſt cum ſimili modo dictiones plurimæ finiuntur:ut eos reduci: quam relinqui : deuehi:quam deferri: malui. Omœoptoton eſt cum in conſimiles caſus exeunt diuerſa uerba:ut mœrentes flentes:lachrymantes:comitantes. Polyptoton eſt multitudo caſuum:uarietate diſtincta:ut littora littoribus contraria fluctibus undas. Imprecor: arma armis pugnent ipſique nepotes. Hirmos eſt ſeries orationis continuæ tenorem ſuum uſque ad ultimum ſeruans:ut Principio cælum ac terras:campoſq; liquentes. Polyſyntheton eſt dictio multis nexa coniūctionibus:ut Athamaſq;:thoaſq; pelideſque neoptolemus:primuſq; machaon. Dyaliton ſiue Aſyntheton eſt figura contraria ſuperiori carens coniunctionibus : ut : Ite: ferte citi flammas : date tella:impellite remos.

TRopus eſt dictio tranſlata a propria ſignificatione ad impropriam ſimilitudinem:ornatus neceſſitatiſue cauſa. Sunt autem duodecim. Metaphora. Catachreſis. Metalepſis. Metonymia. Antonomaſia. Epitheton. Synecdoche: Onomatopœia:Periphraſis: Hyperbaton : Hyperbole: Allegoria:Metaphora eſt rerum uerborumq; tranſlatio. Hæc fit quattuor modis. Ab animali ad animale. Ab inanimali ad inanimale. Ab inanimali ad animale. Ab animali ad inanimale:Ab animali ad animale:ut Tiphim aurigam celeres fecere carinę. Nam auriga & gubernator nauis animam habēt. Ab inanimali ad inanimale:ut Pelagus tenuere rates. Nam rates animam non habent:neq; pelagus.

Ab inanimali ad animale: ut atlantis cinctum aſſidue cui nubibus atris piniferū caput & uento pulſatur & imbri. Nam mōs animam non habet: cui membra hominis attribuūtur: Ab animali ad inanimale: ut ſi tantum pectore robur cōcipis. Nam robur animam non habet: cum turnus cui hæc dicuntur animam habet. Scire debemus alias metaphoras eſſe reciprocas: Alias autem eſſe partis unius. Reciprocas: ut altum mare. & profundum cælum. Poſſumus enim conuertere altum cælum: profundum mare. Herbæ florent. Iuuenes pubēt. Poſſumus enim conuertere. Herbæ pubent: Iuuenes florēt: Alias partis unius: ut ſegetes fluctuant: uites germinant Catachreſis eſt uſurpatio nominis alieni: ut Patricidam dicimus: qui occidit fratrem. Et piſcinam quæ piſces non habet. Hæc enim ubi extrinſecus ſumerent ſuum uocabulum non haberent. Metalepſis eſt dictio pergēs gradatim ad id quod oſtendit: ut ſpelunchis abdidit atris hoc metuens. Et poſt aliquot mea regna uidens: mirabor ariſtas. Metonymia eſt dictio quædam uelu ti transnominatio. Huius autem multæ ſunt ſpecies. Aut per id quod continet id quod cōtinetur oſtendit: ut Nunc pateras libate Ioui. Aut contra: Crateres magnos ſtatuunt & uina coronant. Aut pro inuentore quod inuentum eſt: ut ſine cęrere & Baccho friget uenus: Aut contra: ut Vinumq; præcamur. Nam hic deus adeſt præſens. Hæc exempli cauſa poſita ad diſcentibus ſunt: Reliqua demōſtrabit lectio. Antonomaſia eſt ſignificatio uicē nominis poſita: quæ fit tribus modis: Ab animo: a Corpore. Extrinſecus. Ab animo: ut magnanimus anchiſiades. A corpore: ut ipſe arduus polyphemus. Extrinſecus: ut infœlix puer: atq; impar congreſſus achilli. Epitheton eſt ſuppoſitio dictionis cum proprio nomine. Nā Antonomaſia uicem nominis ſubſtinet. Epitheton nunquam eſt ſine proprio nomine: ut dira cæleno: & diua camilla. Fit etiam tribus modis: ab animo: a corpore: extrinſecus. His duobus tropis uel uituperamus: uel oſtendimus: uel laudamus. Sinecdoche eſt ſignificatio: pleni intellectus capax: cum plus minuſue pronunciat. Aut enim a parte totum oſtendit: ut puppeſq; tuæ pubeſq; tuorum. Aut contra partem a toto: ut ipſius ante oculos ingens a uertice pontus. In puppim ferit. Et alibi: fontemq; ignemq; ferebant. Meminiſſe autem debemus quando fit a parte totum faciendum eſſe ab inſigniori parte. Onomatopœia eſt nomen de ſono factum: ut Clamorq; uirum: clangorq; tubarum: tinnitus æris Atq; leuem ſtipulam crepitātibus urere flammis. Periphraſis eſt circumlocutio quædam quæ fit aut ornandæ rei cauſa: quæ pulchra eſt. Aut uituperandæ quæ turpis eſt: ut iā prima nouo ſpargebat lumine terras. Tithoni croceum linquens aurora cubile. Et hoc faciunt: nimio ne luxu optuſior uſu Sit genitali aruo & ſulcos oblimet inertes. Hyperbaton eſt tranſcenſio quædam uerborum ordinem perturbans: Cuius ſpecies ſunt quinq;: Hyſterologia ſiue hyſteron proteron. anaſtrophæ. Parē theſis. Syntheſis. Temeſis. Hyſterologia ſiue hyſteron proteron. eſt ſententiæ cum uerbis ordo mutatus: ut. Et cererem torrere parant flammis: & frangere ſaxo. Anaſtrophæ eſt uerborum tantum ordo præpoſterus: ut Italiam contra: pro contra Italiam. Parentheſis eſt interpoſita formatio diuerſæ ſententiæ: ut æneas (neq; enim patrius conſiſtere mentem Paſſus amor) rapidum ad naues præmittit achatem. Temeſis eſt unius compoſiti uel ſimplicis ſectio: una dictione uel pluribus interiectis: ut ſeptem ſubiecta trioni. Et ſaxo cere comminuit brum. Et maſili portant iuuenes ad littora tanas: pro cerebrum & maſſilitanas. Syntheſis

eſt hyperbaton obſcurum: & ex omni parte confuſum.ut tris notus abreptas in ſaxa latentia torquet Saxa uocant Itali:mediis quæ in fluctibus aras. Eſt autem hic ordo. Tris naues abreptas notus torquet in ſaxa quæ ſaxa in mediis fluctibus latentia:Itali uocant aras:Hyperbole eſt dictio fidem excedens:augendi minuendiue cauſa. Augendi ut niue candidior. Minuendi:ut tardior teſtudine. Allegoria eſt tropus quo aliud ſignificatur aliud dicitur:ut Et iam tempus equum fumantia ſoluere colla:hoc eſt carmẽ finire. Hmõi ſpẽs multe ſunt ex quibus ſeptẽ eminent: Hironia:Antiphraſis:Aenigma:Charientiſmos:Paronõia:Sarcaſmos: Aſteiſmos. Hironia eſt tropus qui per contrarium conatur oſtendere quod dicit:ut egregiam uero laudem & ſpolia ampla refertis tuq; puerq; tuus. Hæc ubi grauitas pronunciantis adiuuerit confiteri uidebitur:quod negare intendit. Antiphraſis eſt unius uerbi hironia: ut bellum quod minime bellũ eſt: Et lucus qđ minime lucet. Aenigma eſt obſcura ſententia per obſcuram ſimilitudinem rerũ ut mater me genuit:eadem mox gignitur ex me: ſignificat enim aquam in niuem conuerti:& ex eadem ruſus effluere. Chariẽtiſmos eſt quo dura dictu gratius ꝓferuntur:ut interrogantibus nobis. Nunqs nos quæſierit:reſponſum detur:bona fortuna:ex inde intelligitur neminem nos quæſiſſe. Paronomia eſt accommodatum rebus temporibuſq; prouerbium: ut aduerſus ſtimulum calces: & lupus eſt in fabula. Sarcaſmos eſt plena odio atq; hoſtilis deriſio:ut en agros & quam bello Troiane petiſti heſperiam metire iacens. Aſteiſmos eſt tropus multiplex numeroſæq; uirtutis. Nam aſteiſmos eſt quicquid ruſtica ſimplicitate caret:& faceta ſatis urbanitate exponitur:ut qui bauium non odit amet tua carmina meui: atq; idem iungat uulpes: & mulgeat hircos. Homoeoſis eſt minus notæ rei per ſimilitudinem eius quæ magis nota eſt demonſtratio. Huius autem tres ſunt ſpecies. Hicon:Parabola:Paradigma. Hicon eſt perſonarum iter ſe uel eorum quæ perſonis accidunt comparatio: ut os humeroſq; deo ſimilis. Parabola uero eſt rerum genere diſſimilium comparatio:ut Qualis mugitus fugit cũ ſautius arã. Taurus:& incertam excuſſit ceruice ſecurim. Paradigma eſt exempli hortantis uel deterentis enarratio. Hortãtis: ut Antenor potuit mediis elapſus achiuis Illyricos penetrare ſinus:atq;: Deterentis:ut At non ſic phrygius penetrat Lacedæmona paſtor Ledæamq; helenam troianas uexit ad urbes.

❡SERVII HONORATI IN SECVNDAM DONATI EDITIONEM INTERPRETATIO.

ARS Dicta eſt uel ἀπὸ τῆς ἀρετῆς:ideſt a uirtute quam: græci uniuſcuiuſq; ſcientiam uocant.uel certe ideo ars dicitur:quod arctis præceptis cuncta concludat:ideſt anguſtis & breuibus. Pleriq; artem ſcribentes a litterarum tractatu inchoauerũt. Pleriq; a uoce Pleriq; a diffinitione artis grammaticæ.ſed omnes uident erraſſe. Non enim propriam rem officii ſui tractauerũt:ſed communem & cum oratoribus & cum philoſophis. Nam de litteris tractare etiam orator poteſt. De uoce nemo magis q̃ philoſophi tractant. Deſinitio etiam Ariſtotelicorum eſt:unde proprie Donatus & docte:

qui ab octo partibus inchoauit quæ ſpecialiter ad grammaticos pertinent.

NOmen dictum eſt eo quod res nobis efficit notas. Pronomen: quia ſungitur officio nominis: ut ſiquis dicat. Virgilius fecit Bucolica. ipſe ſcripſit Georgica. Verbum dictum eſt: eo quod uerberato aere motu linguæ: hæc pars orationis inuenta eſt: & licet omnes orationes cum hac oratione miſceantur: tamen ſpeciale ſibi hęc pars hoc nomen efficit. eo quod hac frequenter utimur in elocutione: in tantum ut dicamus uerbum fecit. Tullius apud populum in ſenatu. Aduerbium dictum eſt. quia nũquam recedit a uerbo: ſiue. n. dicas cras facio: inuenies aduerbia uerbis cohærentia. Participium uocat̃ quoniam partem tenet nominis: partemq; uerbi. quaſi particapium. Nam a nomine habet genera & caſus a uerbo tempora & ſignificationes. ab utroq; numerum & figuram. Præpoſitio dicitur: quoniam in loquendo præponitur. Dicimus. n. ante templum eſt: non templum ante eſt. Coniunctio dicta eſt. quia coniungat elocutiones: ut ego & tu eamus. Interiectio dicta eſt: quod interponitur ad exprimendos animi affectus: utputa: heu mortuus eſt. In his autem octo partibus naturalis eſt ordo. Rite enim nomen primum ponitur: quod ex ipſo omnium rerũ notitia procreatur. Poſt hoc debet aſſequi pronomen: quia nominis officio fungitur: nec debet ab eius ſignificatiõe diuelli. Inde ſequitur uerbum: quo diximus nos frequenter uti. Inde aduerbium: quod a uerbo nunquam recedit. Participium autem rite poſt nomen & uerbum ponitur: quod ex partibus utriuſq; natum eſt. præpoſitio cum uel uerbo: uel nomini præponitur: & ipſa iuſte hoc loco poſita eſt illis iam ante prædictis quibus præponitur. Similiter coniunctio quia coniungit omnia non debet primum locum tenere: primo enim debemus ſcire quæ res coniunguntur. Interiectio ideo ultima poſita eſt: quia nihil exprimit niſi affectus animi: qui raro interponuntur.

NOmen eſt pars orationis cum caſu corpus aut rem proprie communiter ue ſignificans in omnibus partibus orationis definitiones eſſe debẽt ut ſegregentur ab illis partibus: & ſuæ partis quam definiunt aliquam proprietatem dicant. igitur quod dixit nomen eſſe partem orationis ſegregauit ſyllabas a plauſibus. & quicquid confuſæ uoci datur. Quod autem dixit cum caſu: ſegregauit a uerbis aduerbiis: præpoſitionibus: ac coniũctionibus. Quod autem dixit corpus: aut rem ſignificare: hoc ipſius proprium eſt: Corporale autem nomen uel incorporale grammatici: ita definierunt. Ut corporale ſit quicquid uidetur & tangitur ut lapis. incorporale quod non uidetur nec tangit̃. ut pietas. Item dicit aliam proprietatem quod aut proprium aliqd ſignificat: aut appellatiuum. Nam proprium eſt: quod unius eſt: ut hector. Appellatiuũ quod multorum eſt: ut homo. Scire debemus inueniri frequenter nomina appellatiua: quæ ſunt propria: ut fœlix quæ communi ſenſu facile dignoſcunt̃: illud etiam ſcire debemus: qa ſi proprium eſt quod unius eſt numerum tantummodo recipit ſingularem. Neq; enim poteſt res unius in pluralem cadere: Nam quod propria nomina pluraliter declinantur: ſciendum eſt non ab unius nomine procreatum numerum pluralem: ſed multitudinem nominum hoc facere: Recte enim Virgilius dixit. Marios & Camillos quoniam plures fuerunt. Appellatiuum autem nomen eſt: quod cum ſit res multorum: recipit tamen & numerum ſingularem in multis etiam unus tenetur.

COmparationis gradus ſunt tres.poſitiuus ut doctus:Cōparatiuus ut doctior:Superlatiuus ut doctiſſimus. Pleriq; uolunt comparatiuum eſſe doctiorem:dicentes non eſſe comparationem quando doctior dicimus quia non comparat:ſed præferat:ſed errant.Nam omnis comparatio id agit ut alterum præferat.Illa enim quæ æquat ſimilitudo potius eſt q̄ comparatio.Poſitiuus autem omnia recipit genera:Maſculinum ut hic doctus:Fœmininum ut hęc docta:Neutrum ut hoc doctum:Commune ut docilis:Omne ut docens:Comparatiuus uero gradus duo tantum ſuſcepit genera.Commune ut doctior. Neutrū ut doctius.Superlatiuus tria tantum.Maſculinum ut doctiſſimus. Fœmininum ut doctiſſima:Neutrum ut doctiſſimum. Præterea nomina recipiunt comparationem:ſed ea:quæ ſunt qualitatis & quantitatis.Qualitatis autem & Quantitatis aut ab animo dicitur:ut doctus aut a corpore: ut candidus niger: aut a fortuna ut miſer.aut a menſura ut longus. Quare quæſitiuum eſt: utrum latinior diceretur quod tunc dicitur cum pro diſerto ponitur:ut ſit latinior quomodo diſertior cum autem gentem ſignificat:non poteſt comparari ita enim non poſſumus dicere latinior:quomodo nec græcior.Comparatiuus autem gradus iungitur caſibus tribus ablatiuo.Septimo & nominatiuo interpoſita particula q̄: ablatiuo ut doctior ab illo.Septimo ut doctior illo. Nominatiuo ut doctior q̄ ille. Sed frequenter utimur ſeptimo ablatiuo pene nunquam.Superlatiuus uero gradus genitiuo tantum plurali iungitur:ut doctiſſimus illorum quāquam & ſingulari coheret quotiens nomen eſt enunciatione ſingulari intellectu plurale: ut O donatum fortiſſime gentis Tytide.illud ſane ſeruandum eſt: quod & poſtea tractum eſt.Comparatiuum gradum nos & noſtro:& extraneo generi coniungere. Superlatiuum autem tantum noſtro.Dicimus enim uelocior homo hominibus: & uelocior homo canibus quoniam Comparatiuus eſt gradus:Superlatiuū uero gradum tantum noſtro præferimus generi:ut uelociſſimus homo hominum: nemo enim dicit homo equorum.

GEnera dicta ſunt ab eo quod generant:atq; ideo tantum duo ſunt genera principalia Maſculinum & fœmininum:hi enim ſexus tantum generant.Genera autem aut naturalia ſunt:aut ex auctoritate deſcendunt:ut hic paries hæc feneſtra.In his enim naturalem nullum intelligimus ſexum:ſed eum ſequimur:quem firmauit auctoritas:Cætera uero genera a ſuperioribus ueniunt:ut eſt neutrum quod neq; Maſculinum eſt:neq; Fœmininum Commune quod eſt Maſculinum & fœmininum.Omne quod omnia ſupradicta continet genera:Epicœnum uero quod confuſum continet ſexum.Nam inter commune & epicœnum hoc intereſt:quod commune eſt ubi uiſu ſecernimus ſexū:ut canis.Epicœnum eſt econtrario:ubi uiſu non ſecernimus ſexū:ut piſcis. Item inter epicœnum & commune hoc intereſt:quod in communi articulari ſecernimus ſexum:ut hic canis:uel hæc canis. In Epicœno uero unus articularis ſumitur: & utrunq; ſexum intelligimus:ut hæc aquila. Eum autem ſumemus articularem: quem auctoritas dederit.Nam cum naturaliter non poſſumus in Epicœnis ſexū deprendere:debemus auctoritate firmari.

NVmerus autem ſingularis eſt aut pluralis.Dualis uero grecus non uſurpatur niſi in nominibus duobus:quæ ſunt duo & ambo: atq; ideo etiam inæqualiter declinantur.

FIgura aut ſimplex eſt:aut compoſita. Simplex quæ unam rem continet atq; naturalis eſt:ut doctus. Compoſita uero quæ ex arte fit:duas res habet:ut indoctus. Cōpoſita uero fit figura quattuor modis. qui in arte ſũt poſiti:quod autem dixit. Ex corruptis: ita intelligere debemus: ut tunc intelligamus corrupta eſſe in compoſitione:quotiens reſoluta integrari poſſunt ut ſi quis dicat concipio iure dicitur corruptum quia ſi ſoluatur facit capio:quod eſt integrum:& conficio facit facio & ſimilia.

ABlatiuus ſingularis regit genitiuum datiuum & ablatiuum pluralem ſecundum regulas in arte poſitas. Sed illud quod dicit ablatiuo e producta uel correpta terminato:ita intelligendum eſt.ut tunc producta ſit quotiens genitiuus ſingularis ei terminatus ſit cum uero is fuerit terminatus: idem genitiuus ſingularis:ut huius patris ab hoc patre. Ideo autem latini uoluerunt ab ablatiuo ſingulari regulas ſumere quoniam hic caſus latinus eſt:nec eum habent græci: & ille utiq; caſus debuit regulas latinis nominibus dare: qui proprius latinorum eſt. Omnia nomina quę in rerum natura ſunt quinq; regulis continẽtur quæ regulæ apud donatũ non ſũt propter compendium:tamen tenendæ ſunt. Colliguntur autem iſtæ regulæ de genitiuo ſingulari. Nam hic caſus quinq; finibus terminatur:aut æ diphthongo:ut muſa muſæ:aut i ut doctus docti:aut is ut pater patris:aut us ut fluctus huius fluctus:aut ei ut hic uel hæc dies huius diei. Ergo cũ inuenerimus aliqđ nomen de cuius declinatione dubitatur: quærendus nobis erit præcipue genitiuus qui inuentus: ſi æ fuerit terminatus ad ſimilitudinem muſæ declinabitur ita & in reliquis fiet. Sed conſtat græca nomina etiam græce poſſe declinari. Plane duos præcipue caſus in his regulis ſollicite proferre debemus. Vocatiuum ſecundæ declinationis & ablatiuum tertiæ in quibus contra regulas plurimum ſibi aſſumpſit auctoritas. Vocatiuus enim ſingularis ſecundæ declinationis tum in i exibit cum nominatiuus ſingularis in ius fuerit terminatus in genere maſculino in ꝓprio nomine:ut hic Mercurius: o Mercuri. Hoc enim nomen ius terminat nominatiuum & maſculinum eſt & proprium. Si autem nomin tiuus: Vs terminatur:ut hic doctus. Vocatiuum facit o docte: & ſi appellatiuum ſit licet ius terminatur:ut hic impius:o impie. Hic egregius:o egregie. At huic regulæ contrariũ ẽ hic filius:o fili. Quare maiores noſtri timentes ipſum utũm ſimilem fecerunt nominatiuo. Vt Virgilius dicit Corniger heſperidum fluuius regnator aquarum:& Lucius Octauius iudex. Ablatiuus uero tertiæ declinationis qui & i & e terminatur multum confuſus eſt tamen hoc ſeruare debemus: ut cum nomen fuerit generis communis: quod in is mittit nominatiuum & genitiuum: ablatiuum i terminemus: ut hic & hæc docilis: ab hoc & ab hac docili. Item neutra omnia quæ e terminantur in nominatiuo:ut hoc mare ab hoc mari. Ea uero quæ x littera terminantur in e exeunt:ut hic calix ab hoc calice. Hæc pellex ab hac pellice: Hæc lex ab hac lege:& ſimilia. Item omnia participia e terminantur:ut ab hoc calente:ab hoc furente:quę ſi nomina fuerint i magis terminabuntur. Item quæ or terminantur in nominatiuo:ut doctior:clarior: minor:maior: facit enim a doctiore: clariore: minore: maiore. Reliqua uero ſic ambigua ſunt ut uix etiam auctoritate firmentur. Nam ab hac naui & ab hac naue legimus:& ab hac puppi & ab hac puppe & ab hoc igni & ab hoc igne. In quibus omnibus meliorum auctoritas ſequenda eſt.

PRonomen dictum eſt quia ponitur pronomine: ut ſi quis dicat Virgilius ſcripſit Bucolica: ipſe ſcripſit Georgica. Nec tamen uidentur pronomina: quoniam nominum funguntur officio: eſſe nomina. Nam & ſi nominum uim exprimunt: non tamen plene exprimunt. Nomina enim poſita plenas faciunt elocutiones. Pronomina ſemiplenas. Item nomina poſita uelut inchoant elocutiones. Pronomina autem uelut complent. Qualitas pronominum principaliter bipartita eſt. Omnia enim pronomina aut finita ſunt aut infinita. Finita ſunt quæ recipiunt perſonas ideſt quæ deffiniunt perſonas & ſunt tantum tria: ego: tu: ille ſed ille plerunq; uariatur. Nam ſi ad præſentis perſonam refertur tunc recte finitum eſt: ſi de abſente dicatur minus quam finitum eſt. Infinita autem pronomina uarias habent ſpecies. Nam licet omnia quæcunq; non recipiunt perſonas infinita ſunt: tamen. Alia dicuntur generaliter infinita. Alia minus quam finita. Alia articularia uel demonſtratiua. Alia poſſeſſiua: Generaliter infinita ſunt: quę unicuique perſonæ aptari poſſunt: ut eſt quis: & ſunt hæc ſeptem tantum quis: talis: qualis: quantus: tantus: quotus: totus. Minuſquam finita dicuntur quę commemorationem habent notarum perſonarũ: ut eſt ipſę: hęc ſunt ſex tantum. Ipſe: iſte: is: hic: idem: ſui. Sed ex his alia ſunt quæ abſentes perſonas ſignificant: alia quæ præſentes abſentes reliqua omnia: præſentis hec tantum: iſte: iſta: iſtud: & hic: hæc: hoc: quę nonnulli etiam pronomina articularia uocant: eo quod more græcorum nominibus declinantur. Poſſeſſiua dicuntur pronomina: quæ nos aliquid poſſidere oſtendunt: ut ẽ meus tuus. Hæc in quattuor partes diuidunť: aut. n. utraq; parte ſingularia: aut utraq; pluralia aut ītrinſecus ſingularia extrinſecus pluralia aut extrinſecus ſingularia. Intrinſecus pluralia. Vtraq; parte ſingularia ſunt ubi & perſona poſſidentis: & poſſeſſio una eſt: ut meus. Vtraq; parte pluralia ubi ſunt multi qui poſſidentur & multi ſunt qui poſſident: ut eſt noſtri. Intrinſecus ſingularia extrinſecus pluralia ſunt quę poſſidentes unam perſonam oſtendunt: poſſeſſorum plurimas: ut eſt mei: uel econtrario: ut eſt noſter. Intrinſecus aut dicitur quod pertinet ad perſonam poſſidentis: extrinſecus quod pertinet ad perſonam poſſeſſi. Sunt autem poſſeſſiua pronomina quinq; tantum: meus: tuus: ſuus: noſter: & ueſter. Abſq; his pronominibus quæ omnia ſunt uiginti & unum. nullum aliud quod ſuam originem habeat poterit reperiri: ſed ſi qua ſunt compoſitione fiunt. Scire autem debemus in declinatione pronominum plerunq; ſub una ſignificatione caſus uarie proferri: ut eſt quis uel qui. Nam poſſumus dicere mei cauſa te peto & mis cauſa te peto: & tis cauſa te peto: ſed mis: & tis de uſu receſſerunt. Itẽ ablatiuus ſingularis aliquando uarie terminatur: ut a quo: uel a qui. Nam dicimus a quo ueniſti: & a qui ueniſti: ſed a qui in uſu eſſe deſiit. Datiuus etiam & ablatiuus plurales plerunq; uarii ſunt dicimus enim a quis uel a quibus: qui quidem uidentur hac ratione uariari: quoniam ablatiuus ſingularis inuentus eſt uarius. Scimus enim quia omnia quæ o terminantur in is mittunt: quæ i in bus. Ergo ſicut dicimus ab hoc docto: ab his doctis ita dicimus a quo a quis. Item ſicut dicimus a puppi a puppibus ita dicimus a qui a quibus. Sed pronomina quemadmodum in declinatione duplicant caſus. Ita plerunq; mittunt. Nam ſunt pronomina ubi tantummodo accuſatiui ſunt: ut eccum: eccam: ellum. Sũt ubi nominatiuus & uocatiuus deeſt: ut ſui: ſibi: ſe: a ſe. Sunt ubi uocatiuus tantum deeſt ut in pronomine quod eſt ego.

VErbum eſt pars oratiōis cum tempore & perſona ſine caſu. Quod dixit cum tempore & perſona cōnexum intelligēdum eſt. Neutrum enim poteſt in uerbo ab altero ſeparari. Nam ſi ſolam perſonam uelis intelligere pronomen eſt: ſi ſolum tempus participium eſt: ſi utrūq; ſimul tunc uerbum eſt. Quod autem adiecit caſu carere uelut ſuperflue eſt poſitum. Quis enim neſcit uerbum carere caſu. Sed timuit propter illas elocutiones: quæ ſic formantur quaſi caſum habeant: ut da mihi bibere: ſic eſt enim da mihi bibere: ut ſi dicas da mihi uinum: quod utique caſum habet: ne qui ergo propter ſimilitudinem elocutionum putarent caſum modo infinito attribui: ideo dixit penitus caſum a uerbo reponi. Nam illæ elocutiones caſum non recipiunt: ſed græcam elocutionem ſequuntur.

QValitas uerborū diuiditur in modos & formas. Modi omnes ſunt octo: Indicatiuus: Imperatiuus: Promiſſiuus: Optatiuus: Coniunctiuus: Infinitus: Imperſonalis: Gerundiuus. Sed ex his quinq; uolunt eſſe legitimos: de tribus uero dubitatur: ideſt de promiſſiuo. Imperſonali. Gerundiuo: Indicatiuus dicitur modus quoniam per ipſum quod gerimus indicamus: ut eſt lego. Imperatiuus quoniam per ipſum imperamus: ut eſt lege. Optatiuus quoniam habet aduerbium optandi: ut utinam legam. Coniunctiuum uero modum non ideo coniunctiuum dicimus: quia habet aliquid coniūctum: ideſt cum. Nam & optatiuus inciperet eſſe coniunctiuus: quia habet aduerbium coniunctum utinam: ſed ideo dictus eſt coniunctiuus: quia in loquendo cum ſolus locutionem implere non poterit coniūgit ſibi indicatiuum: ut cum ſcripſero faciam: & cum dixero legam. Infinitiuus dicitur modus quia non definit perſonas: ſed omnes tres uno uerbo profert ut eſt legere. Cæteri uero modi in perſonis differentiam faciunt: quod probatur hac elocutione: legere uolo: legere uis: legere uult. Nam quoniam uolo uis uult indicatiuus eſt modus differentia facta eſt perſonarum: qm̄ uero legere infinitus eſt oēs uno modo prolatæ: hi ſunt generales modi. Illi uero tres: de quibus dubitatur ita explicādi ſunt. Qui negāt promiſſiuum modum eſſe: hoc aſſerunt: eſſe ſuperfluum: hūc putari modum quoniam indicatiui modi ſit tempus futurum: ideſt legam ſcribam. Qui autem dicunt proprium modum eſſe negant indicatiuum modum tempus futurum per rerū naturam habere poſſe. Nam ſi indicatiuus modus ideo dictus eſt: quod per ipſum idicamus. Nemo autem indicat niſi quæ nouit futurum habere non poteſt quia nemo indicat. De imperſonali autem modo hæc loquuntur. Pleriq; hunc modum dicunt quia ſic de uerbo naſcitur quemadmodum cæteri modi: ut lego: lege: legitur: ſed tamen non probatur modus eſſe: ſed uerbum. Nam cum unuſquiſq; modus non poſſit currere per modos: nam habet indicatiuum: legitur. Imperatiuum legatur: coniunctiuum cum legatur. Item gerundium: quem dicunt modum: plerique negant eum modum eſſe: ſed dicunt participiorum a paſſiuo futuri & præteriti eſſe declinationem: ſed eſt modus: quia in o definit ultimo tempore ſuo in qua littera nullum definit participium & ſignificationem habet tam agentis: quam patientis: quod utiq; non haberet ſi participium paſſiuum eſſet. Et enim cū dicimus cantando & agentis: & patientis habet ſignificationem: quod probatur teſte Virgilio. Nam ubi dicit: Cantando tu illum agentis ſignificationem oſtendit: ubi dicit cantando rumpitur anguis: patientis.

FOrmæ ſunt quattuor: per quas non declinatio: ſed ſignificatio uerborum explicatur quæ ideo quattuor ſunt: quoniam om̃ne quod agimus: quattuor temporũ officio continetur. Nam aut cogitamus utrũ agendum ſit: aut quod placuit inchoamus: aut ichoata complemus: aut completa iteramus: icciirco ipſæ formæ hæc nomina acceperunt: una enim Meditatiua: quæ non agere nos aliquid: ſed adhuc uelle agere oſtendit: ut eſt lecturio ſignificat.n.non lego: ſed legere uolo. Secunda eſt inchoatiua: quæ aliquid nos nunciare oſtendit: ut eſt caleſco: quod ſignificat calere incipio. Tertia eſt perfecta ut eſt lego: quæ plenum oſtendit actum. Quarta eſt frequentatiua: quæ nos ſæpe agere aliquid oſtendit ut lectito ſignificat enim ſæpe lego. Quas formas plerique ueluti inutiles refutare uolunt: ſed conuincuntur ſecundum rationem naturalem. Multa enim ſunt quæ proprie non niſi iſtis poſſunt explicari. Meditatiua autem forma in rio deſinit: ut ſcripturio: lecturio. Inchoatiua autem uerba quinq; regulis continentur: quarum ſi una defuerit: inchoatiua non erunt: debent enim in ſco ſyllaba exire: & originem ducere a neutrali uerbo: & tertiæ eſſe coniugationis correptæ: & carere tempore præteritoperfecto & pluſquamperfecto carere etiam participio futuri temporis. Ideo autem inchoatiua carent tempore perfecto: quia omnia quæ inchoantur nihil perfectum habere debent. Frequentatiua forma in to quando exit ſemper primæ coniugationis eſt: ut lectito tas: curſito tas: ſcriptito tas. Si autem in ſo: exeat: etiam tertiæ eſſe poteſt: ut laceſſo: laceſſis: faceſſo: faceſſis.

COniũctiones tres ſunt nomina habentes ab ordine litterarum quærunt autem in quinq; rebus: ideſt indicatiuo modo tempore præſenti numero ſingulari: ſecunda perſona ante litteras uel ante ſyllabas: ante litteras in uerbis actiuis & neutralibus: ante ſyllabas in cæteris.i.in paſſiuis communibus deponentibus. Ergo ubi.a.fuerit prima coniugatio eſt: ut amo amas: ubi e eſt ſecunda ut doceo doces: ubi i.eſt tertia: ut lego legis: ſed tertia plerunq; & correpta eſt: & producta: quod deprehenditur hac ratione. Si correpta fuerit in paſſiuo penultima ſyllaba e habebit: ut lego legis legor legeris. Si autem producta fuerit i.reſeruabit in paſſiuo: ut nutrio nutris: nutrior nutriris. Quæ uarietas etiam de imperatiuo modo colligitur: nam tertia correpta in e exit: ut lege. Tertia producta in i ut nutri. Item infinitiui modi penultima ſyllaba: quæ ſi lõga fuerit productam coniugationem eſſe demonſtrat: ut nutrire. Si breuis correptam eſſe demonſtrat: ut legere: hæ autem coniugationes futurũ tempus indicatiui modi uarie mittunt. Nam prima & ſecunda cõiugatio in bo dicunt: ut amo amas amabo. doceo doces docebo. Tertia uero correpta in am tantum mittit: ut lego legis legam. Tertia producta duas habet regulas requirendas in indicatiui modi tempore præſenti ſi ante o ultimum e fuerit correptum in bo tantum mittit: ut exeo exibo. Si autem i habuerit ante o: futurum tempus: & in bo mittit: ut ſeruio ſeruis ſeruibo: quas regulas Probus artifex tuetur.

VErborum genera ſunt quinq; Actiua: Paſſiua: Neutra: Communia: Deponentia. Quæcunq; illæ ſint diffinitiones quæ hic lectæ ſunt uarie tamen quantum ad ſignificationes id pertinet. Omnia iſta quinq; duas habent ſignificationes: ideſt aut agentis: aut patientis. Hinc eſt qđ in neutrali uerbo & agentis: & patiẽtis inuenimus ſignificationem. agẽtis ut nato: & pa-

tientis ut uàpulo.Item deponenti uerbo ubi ſola utiq; debuit eſſe paſſiua ſignifi-
catio & agentis non nunquam inuenitur:ut eſt loquor.Confuſio autem Commu
nis uerbi:caſibus ſegregatur.Nam ſi accuſatiuum caſum iungas agentis eſt:ut cri
minor illum.Si ablatiuum patientis:ut criminor ab illo.

Tempora ſunt quinq;.præſens quod agit:ut lego. Præteritum imperfe-
ctum quod omiſſum eſt:& non Completum:ut legebam.præteritū per
fectum:quod completum eſt paulo ante ut legi.Præteritum pluſquam
perfectum quod completum eſt olim:ut legeram.Futurū quod immi-
net:ut legam.Vnde uitioſe loquuntur:qui dicunt expecta modo egrediar.Nam iū
gunt ſignificationem futuram & præſens tempus.Item qui dicūt cras lego lectio
nem:uitioſe loquuntur.Nam cum lego temporis præſentis ſit:cras uero aduerbi
um futurum utiq; hæc locutio non cohæret.Tractandum eſt illud an ſana ſit lo-
cutio hęc cras legam an cras lego.Cras lego ut diximus uitioſum eſt.Cras autem
legam ideo nonnulli uitioſum iudicant: quoniam duo futura quaſi in aliud fu-
turum nos deferunt.

Modi uaria tempora recipiunt.Indicatiuus enim omnia quinq; habet ſu-
pradicta tempora.Imperatiuus enim uero duo tantum præſens & futu
rum.Optatiuus tria:ſed geminata.Nam præſens & imperfectū pro uno
eſt:Item perfectum & pluſquamperfectum habet & futurum.Coniunctiuus tot
tempora habet quot & indicatiuus.Infinitiuus tria habet tempora præſens:præ
teritum & futurum.Sed ſcire debemus in omnibus paſſiuis uerbis præterita tem
pora:ideſt perfectum & pluſquamperfectū habere ulteriora præterita.perſonas
omnes modi ſegregatas habent abſq; infinito ubi confuſæ ſunt:ut diximus: ideſt
tres.Modus autem imperatiuus habet difficultatem perſonarū:quæ talis eſt: pri
ma perſona in tempore præſenti deficit:ſed in numero ſingulari.Cæterum in nu-
mero plurali non deficit.Ideo autem deficere creditur:tam in perſona q̄ in nume
ro quoniam omne imperatiuum in alium procedit:ideſt ſecūda perſona naſcitur:
in tempore uero futuro tam in numero ſingulari:quam in numero plurali prima
perſona deficit.Secunda uero & tertia in numero ſingulari uno modo proferun-
tur: ut legito tu: legito ille:ut eſt apud Virgilium. Tertius argolica hac gal-
lea contentus abito. Nam ſi dicam legito:legat:legito quidem erit tempus fu
turum:legat uero præſens.Item tertia perſona numeri pluralis:his regulis con-
tinetur. Indicatiuo modo tempore præſenti tertia perſona numero plurali o ac
cipit:& facit hanc perſonam Imperatiui modi per omnes coniugationes amant;
amanto:docent docento:legunt legunto:nutriunt nutriunto: quod ſeruare ma-
iores:ut ait Horatius Et quocunque uolent animum auditoris agunto. Nam
ſi diceret agant tempus præſens oſtenderet:non futurum. Prima coniugatio &
tertia correpta tot ſyllabas habere debent in ſecunda perſona quot in prima ha
bet indicatiuo modo:ut amo amas:lego legis.Quod autem aliter fecerit anoma
lum eſt:ut edo es: comedo comes.

Aduerbiū dictum eſt:eo quod neceſſe habet hanc partem orationis uer-
bum ſequi:ut cras faciam:hodie legam:quottidie ſcribo: ſed non ut ne-
ceſſe eſt uerba ſequi aduerbium. Ita neceſſe eſt aduerbium ſequi uer-
bum.Nam quando dico facit orator:eſt elocutio plena q̄q̄ ſine aduerbio. Poteſt
ergo uerbum ſine aduerbio poni.Aduerbium autem ſine uerbo nūquam ponit-

In ſignificationibus aduerbiorum localia aduerbia diligenter animaduertenda ſunt:quæ habent quattuor ſpecies.In loco:de loco:ad locum:& per locum.In lo co ſunt hæc:hic:illic:ibi:intus:foris. De loco ſunt hæc:hinc:illinc:inde:aliunde: uno modo tam de loco:q̄ in loco proferuntur:ideſt ſine coniũctione præpoſitio nes.Ad locum ſunt hæc:huc:illuc:iſtuc:illo:intro:foras.Per locum ſunt hęc:hac: illac:illa.Ergo animaduertere debemus:ut quotiens fuerint aduerbia in loco iun gamus uerba:quæ habeant hanc ſignificationem in loco:ut puta ibi ſum:illic ſe deo:intus:& ſimilia. Quotiens ſunt autem aduerbia quæ ſignificant ad locum iungamus his uerbis ſimiliter quæ habeant ſignificationem cũ iis:ut pergo illuc: uado illo:proficiſcor intro:& ſimilia.Nam ſi quis dicat uenio ibi uitioſum eſt.Ve nio enim ſignificationis eſt ad locum:ibi uero in loco eſt:& duo hæc diuerſa nun quam coherent.Nam omnia aduerbia non recipiunt comparationem:ſed ea tan tum quæ ducũt originem a nominibus recipientibus comparationem:ut doctus docte:iure enim dicimus doctius doctiſſime quoniam & nomen ipſum facit:do ctior doctiſſimus.Aduerbia autem quæ comparantur in poſitiuo gradu duas ha bet regulas e & er:ut docte & fortiter.In comparatiuo unam ut doctius & forti us.In ſuperlatiuo autem unam e:quod ſemper productum eſt:ut doctiſſime for tiſſime.Quando autem poſitiuus e terminatur:& quando er: datiuus ſingularis oſtendit.Nam e tum terminatur aduerbium in poſitiuo:quando datiuus ſingula ris o fuerit terminatus:ut docto docte:claro clare.Tunc autem aduerbium er ter minatur quando datiuus ſingularis.i.fuerit terminatus: ut huic agili agiliter: & huic forti fortiter.Quæ has regulas non ſeruant aduerbia anomala ſunt.Nomi na prouinciarum ſemper recipiunt prępoſitiones:ut ad campaniã pergo:de cam pania uenio.In campania ſum.Econtrario nomina ciuitatum nunquam recipiũt præpoſitiones:quando funguntur uice aduerbiorum . Veruntamen ſi ad locum ſignificant accuſatiui forma ſequenda eſt:ut Carthaginem uado:ſi de loco ſecun dum ſeptimũ loquimur:ut Carthagine uenio:ſi in loco duplex regula eſt. Nam ſi nomen fuerit ſecundæ declinationis:aduerbium in loco fit ſecundum formam genitiui:dicimus enim deli fui:beneuenti fui:quoniam huius deli huius beneuen ti genitiuus eſt.Sin autem nomen erit alterius cuiuſcunq; declinationis tunc for mam ſeqmur datiui cãus:dicimus enim Carthagini fui.tyburi fui:quoniam huic Carthagini huic Tyburi datiuus eſt. Sciendum eſt ſane pauca nomina his regu lis repugnare:ut eſt Narbone in Philippicis. Cicero.Cum tu Narbone menſas hoſpitium:conuomeres.Debuerit enim dicere Narboni.Item Virgilius ait Ty ria Carthagine qui nunc expectat:inquit Carthagine non Carthagini quod erat regula. Sed Cicero Antyptoſim fecit Virgilius uero metri neceſſitatem muta ta regulã ſeruauit. Generaliter tenendum eſt: quod aduerbiis:ideſt ſolis poſitis non debet coniungi præpoſitio ſeparatim. Nemo enim dicit de ſero de modo: Vnde nec de mane dicere debemus quod plerunq; in uſu habent. Sed quoniam legimus dum mane nouum:ideſt hoc ipſum mane iam nomẽ effectum eſt genus enim non recipit niſi nomen.Videmur ei adiicere poſſe præpoſitionem. Quaſ re tutius loquuntur: & ſolum aduerbium ſine præpoſitione ponunt: ut mane uenit: & quando uolunt addere præpoſitionem: genus coniungunt:ut de pri mo mane uenio: iam enim non uidetur iungi ei parti orationis:quæ eſt mane: ſed quæ eſt primo:

PArticipium dictum eſt quaſi particapiũ habet enim partes:a noie duaſ genus & caſum:a uerbo duas tempus & ſignificatiõem: ab utroq; duas numerum & figuram: ideo ab utroq; quoniam numerus & figura tam modo accidunt q̃ uerbo: illa.n. bina iis tm̃ accidunt a q̃bus trahuntur.

GEnera participiorum ſunt hæc:Maſculinũ:Fœmininum:Neutrum:& omne.Maſculinum participium in us ſyllabam terminatur. Fœmininum in a: Neutrum in um:ut lectus lecta lectum: lecturus lectura lecturũ: legendus legẽda legendũ. Nam hæc ſunt duo tempora præteritum & futurum quæ genera ſm regulas quas diximus diuidunt. Præſens autem participium ſemper generis eſt omnis: & duabus clauditur conſonantibus:ut eſt legens.

CAſus totidẽ ſunt in participiis quot in nomine & pnomine. Participia autẽ maſculina & neutra ſecũdæ ſunt declinationis. Fœminina primæ. Omne tertiæ:in quo Ablatiuus & i & e terminatur:ut amanti & amante.Sed Scire conuenit quod ars exigit ut e littera terminet̃.i.autem ubi fuerit terminatus: Ablatiuus huius participii:neceſſitas eſt aut metri:aut euphoniæ.

TEmpora in participiis latinis tria ſunt:pręſens:præteritum:& futurum. Regulæ tamen quattuor ſunt: nam præſens unam habet quã diximus ns:ut legens.Præteritum unam us:ut lectus.Futurum uero duas habet regulas:rus & dus: ut lecturus & legendus. Ideo autem neutrale uerbum tot & eadem habet participia quæ & actiuum quoniam ſic declinatur ut actiuum. Nã participia declinatione noſcuntur. Deponẽs autem uerbum participium futuri in rus mittit: ut auxiliaturus. Nam ideo dictum eſt deponens non quod r litteram non deponat(Nam & commune deponens eſſet: & hoc.n. r: litteram non relinquit)ſed ideo deponens dicitur: quod deponit participium declinationis ſuæ ideſt futuri quod dus ſyllaba terminatur:Nemo enim poteſt dicere loquendus:licet inueniamus apud poetas hanc uſurpationem. Commune uero uerbũ ideo habet quattuor participia: quia commune eſt:ideſt agentis & patientis habet ſignificationem: & nouimus quod duo participia ueniunt ab actiuo: & duo a paſſiuo. Sane ſcire debemus quod licet latinitas non habeat neq; præteritum participium ab actiuo: neq; præſens a paſſiuo: inuenitur tamen apud poetas talis elocutio ubi alterius temporis pro hac ſignificatione ponatur: ut eſt Virgilius.Et qua uectus abas & qua grãdeuus alethes.Vectus enim dixit pro eo quod eſt uehebatur. Regule participiorum ita ſe habent ut participium futuri temporis a paſſiuo: regat participium præſentis temporis ab actiuo:ideſt ut de participio futuri temporis a paſſiuo ſublata dus ſyllaba & addita s littera faciamus participium præſentis temporis ab actiuo:uel econtrario. Item participium pręſentis temporis a paſſiuo ſublata s littera & addita rus ſyllaba facit participium futuri temporis ab actiuo:ut lectus lecturus:uel econtrario. Sed his regulis repugnant pauca participia noua ratione uſurpata ut eſt moriturus:qđ nulla rõne dicitur: ſublata enim rus ſyllaba & addita s littera moritus facit: quod latinitas non habet: nam mortuus dicimus: Et illud ſciendum eſt maiores noſtros ſæpe a uerbis neutralibus:præteriti temporis uſurpaſſe participia:ut eſt regnata:triumphata:placita nupta pranſus cœnatus:& ſimilia. Quibus nos ideo utimur:quoniam auctoritate firmantur: non tamen poſſumus de aliis uerbis neutralibus ſimiliter quæ nõ lecta ſunt uſurpare:Sed debemus ea tantũ quæ lecta ſunt dicere.

Coniunctiones dictæ ſunt ab eo quod coniungāt elocutionē. Nā ſi quis dicat:ego tu eamus:diſſidet elocutio: ſi interponas &.& dicas ego & tu eamus:incipit cohætere. Copulatiuæ dicuntur eo quod & uerba & ſenſum copulant: ut ſi quis dicat ego & tu eamus. Nam in hac elocutione & uerba coniuncta ſunt & ſenſus. Vtrunq; enim iturum ſignificat. Diſiunctiua uero penitus contra naturam ſermonis fuiſſet inuenta: niſi uerba coniungeret. Nam quid tam contrarium coniunctioni: quam habere ſpecies diſiunctionis? ſed ideo diſiūctiua dicitur quod ſenſus diſiungat. Nā uerba coniungit: ut ſi quis dicat ego aut tu eamus: nunc enim elocutio cōiuncta: ſed ſenſus diſiunctus. Non enim utrunq; ſed alterum iturum ſignificat. Expletiuæ dicuntur coniunctiones eo quod illud quod minus fuerat explete contendunt: ut ſi quis dicat negligenti: lege dicendo lege in eo cum arguit quod non legit: At ſi dicat ſaltem lege: in eo arguit quod nihil omnino agit. Inter cauſales & rationales hoc intereſt: qđ tunc utimur cauſalibus quando de cauſa loquimur tunc rationalibus: quando de ratione. Cauſa eſt autem quæ nos impingit ad aliquid faciendum. Ratio autem qua utimur in faciendo. Sed plane faciendū eſt: quod pro rationalibus cauſales ponere poſſumus: & pro cauſalibus nunquā ponimus rationales. Etenim cauſa non ſtatim rationem recipit. Vbi autem non eſt iam cauſa præceſſit. In ordine autem hoc ſeruandum eſt quod ſunt aliquæ: quæ ſemper præponuntur: ut aſt: at: dicimus enim aſt ego quæ diuum incedo regina. non ego aſt. Et item at pater Anchiſes. non enim pater at. Poſtponuntur uero: q;: &: autem: dicimus enim primuſq; machaon nonq; primus Machaon. Et hoc autem fac: non autem hoc fac. Igitur uero & primo & medio & ultimo conuenit loco. dicimus enim igitur patres cōſcripti cenſuerunt & patres igitur conſcripti cenſuerunt.

Præpoſitio dicta eſt. quod in loquendo prę ponitur: dicimus enim apud amicum ſum. Excepta bina præpoſitione: quæ nunquam præponitur: ſed poſtponitur ſicut tenus: dicimus enim pubetenus & non tenus pube. & excepta altera præpoſitione ideſt cum: ſcilicet in pronominibus nonnullis: ut mecū: tecum: nobiſcum: uobiſcum: quod contra artem ex aperto dicitur nemo enim dicit cum me cum te propter cacephaton. Natura enim præpoſitionis exigebat: ut præponeretur: Accuſatiuæ præpoſitiones ſunt. xxx. quæ accuſatiuo tantum iunguntur uel ſingulari: uel plurali. Ex his ad & apud diuerſas habent ſignificationes. Nam ad: ad locum ſignificat: ut ad patrem uado. Apud uero in loco: ut apud parentes ſum: ſed. ad. nonnunquam auctoritate etiam in loco reperitur: ut decem fiſcos ad ſenatorem illum relictos: & apud Maronem. Ad troiam pro caris geſſerat argis. Tentauerunt pleriq; facere diſcretionem & in hac elocutione: quæ fit de ad & de in. ut ad forum uenio & in forum uenio: Etenim ad forum uenio eſt ad forum accedo: in forum uenio forum ingredior: ut ſit illud potius propinquantis ad locum: hoc autem locum ipſum tenetis: ſicut uidetur locutus eſſe Salluſtius dicēdo: ire utiq; imperatores ad urbem erāt utriq; impediti ne triumpharēt calumnia paucorum. Nam ſi nec dum triūphauerāt: urbem ingreſſi non fuerāt. Ergo ad urbem quod dixit propinquantis ſignificatio habetur: nō ingredietis. Vſq; etiam præpoſitio nouo modo ſibi aliam cōiungit præpoſitionem dicimus enim: ut Virgilius aduſq; columnas exulat. Nec ſequi debemus: quod nonnulli dicunt uſq; aduerbium eſſe multo minus enim ſibi iungeret præ-

poſitionem:ſi aduerbium fuiſſet. Aduerbio enim ſæpe præpoſitio ſeparatim non cohæret. Et e:& ex præpoſitiones habent differentiam:nam ſi pars orationis ſeq quæ a uocali inchoans:ex præponimus:ut ex animo. Si autem a conſonante incohet e:ut e foro. Econtrario autem poſitæ aut hiatum faciunt:aut aſperitatem: hiatum e animo:aſperitatem ex foro. Clam præpoſitio:quam donatus inter ablatiuas poſuit:ſcire debemus quod indifferenter pro arbitrio dicentis & ablatiuo iũgitur:& accuſatiuo:dicimus enim clam patre & clam patrem: In ſub:ſuper:& ſubter:& accuſatiuæ ſunt & ablatiuæ. Sed apud maiores noſtros indifferenter ponebant:ideſt nulla lege ſeruata. Nam & Virgilius dixit. Rapuitq; in fomite flammam pro in fomitem:& Horatius. Naſo diſtrictus enſis quod ſuper magna ceruice pendet:pro ſuper ceruicem. Cicero fortes in eo quiritis:pro in eum & ſimilia. Aetas poſterior ſuper & ſubter accuſatiuas fecit:in uero & ſub: coniungitur accuſatiuis caſibus ubi commutatio eſt loci:ut in forum uado. Sub baſilicam uado. Tunc iungiẽ ablatiuis:cum permanſio eſt uerborum:quæ elocutione præponenda ſunt ratione colligitur. Nam pergo proficiſcor & huius motum ſignificat. Sto:ſedeo:dormio:& huius permanſionem. Loquelares præpoſitiones ideo dicuntur quia ſemper cohærent:ut conduco:recipio:cohærere autem eas res illa ſignificat:quod non patiuntur in ſignificatione interpoſitionem. Nemo enim dicit con tibi duco:aut re illum cipio. Præpoſitiones cum poſtpoſitæ fuerint ſi caſum ſuum referuent adhuc præpoſitiones ſunt ut tranſtra per & remos:ſi autem caſum mutent:fiunt aduerbia:ut tempore poſt. Sed plerunq; metrorum ratione etiam præpoſitæ idem faciunt:ut longo poſt tempore uenit. Et illud ſciendum eſt præpoſitiones utriuſq; caſus quotiens pro aliis præpoſitionibus ponuntur illis eas caſibus iungi quibus iunguntur illæ pro quibus ponuntur:ut in alterum. Nam quoniam in modo contra ſignificat tantum accuſatiuo iungenda eſt. Contra enim accuſatiui caſus eſt:Item ſuper priamo rogitans:quoniam ſuper de ſignificat tantum ablatiuo iungenda eſt:de enim ablatiui caſus eſt.

INteriectiones proprie ſunt affectus uoce incognita condita expreſſi:ſed & plenus frequenter ſermo pro interiectione habetur:ſi affectum ſignificet:ut proprie dolor & ſimilia.

SVnt nomina ſimilia participiis præſentis temporis:ut demens: legens: quæ hac ratione diſcernuntur. Si enim nomen fuerit comparationem recipit:ut dementior dementiſſimus:ſi autem participium fuerit non recipit comparationem. Nemo enim dicit legentior legentiſſimus. Quid ſi ſit nomen non ſimile participio:ſed quid ſit & participium aliam recipit diſcretionem: ut eſt amans quod & nomen eſt & participium. Nam ſi ſit nomen genitiuo iungitur ut amans tui:ſi autem participium ſit:accuſatiuo iungiẽ:ut amans te:quemadmodum colens te. Si autem inueniantur nomina ſimilia participiis præteriti temporis uel potius eadem & participia diſcernuntur in declinatione. Nam participia ſi fuerint ſecũdæ ſunt declinationis:ut hic uiſus huius uiſi. hic auditus huius auditi. Si autem nomina fuerint : erunt quartæ declinationis: ut hic uiſus huius uiſus:hic auditus huius auditus. Quamquam hæc quæ diximus etiam illa ratione diſcernimus: quod participium tunc eſt:quom tempus habet:ut puta ille auditus eſt:quom autem non habet tempus:nomen eſt:ut auditus meus obtuſus eſt:& uiſus meus breuis.

❡SERGII GRAMMATICI IN SECVNDAM DONATI EDITIONEM COMMENTARIVS.

DVæ ſunt principales partes orationis nomẽ & uerbũ:eo qđ ipſæ ſolæ faciũt elocutionẽ ut Cicero ſcripſit: Virg.fecit:& ſine ipſis nulla pars implet elocutionẽ.Nã qñ dicimus ipſe legẽs dixit Ariſtotelici dicũt duas eſſe ꝑtes orõnis nomen & uerbũ.Stoici quoq; Grãmatici octo.pleriq; nouem.pleriq; decẽ.pleriq; undecim.Interiectionẽ græci penitus nõ habẽt:ſed inter partes orõnis.i.in octo non cõputant.Nos articulo nõ penitus caremus.i.eũ articulũ:in ꝓnoĩe cõputamus.Tres partes orõnis ſunt quæ caſibus declinant̃:nomen:ꝓnomen:participiũ:& una quæ tꝑibus.i.uerbũ.Cæteræ oẽs quattuor non declinant̃.Quæſitũ eſt qñ pars orationis officio fungit̃:utrum ius ſuũ retineat an eius cuius accipit ſignificatiõem:nã frequenter inuenimus & nomina pro aduerbiis poſita:ut toruũ clamat:& aduerbia pro nominibus:ut mane nouũ.Quare ſciendũ eſt qm̃ ſi nomẽ ſit ꝓ aduerbio inſtitutũ incipit non poſſe declinari.Et enim cum deſinat eſſe qđ eſt & tranſeat in aduerbiũ incipit iam non poſſe declinari:quẽadmodũ nec illud aduerbium naturaliter declinat̃.Item aduerbiũ ſi tranſeat in ſignificationẽ noĩs:nõ nunq̃ declinat̃ quoniam ſignificat eam partem orationis:quæ recipit declinationẽ.Vnde eſt illud apud Plautum a primo mane uſq; ad ueſperum:modo mane nomen eſt hoc mane huius manis huic mani:hoc mane ab hoc mane.Nam ſi aduerbium eſſet nec genus reciperet:nec præpoſitioni adiungeretur:nec poſſet terminari.

PRopriũ nomen in quattuor diuidit̃ partes.Prænomen.Nomẽ.Cognomen:& Agnomen.Prænomen eſt quod in loquẽdo præponimus ut publius.Nomen eſt cõe familiæ ut Cornelius.Cognomen eſt ꝓprium uocabulũ ut Scipio:Agnomẽ eſt qđ extrinſecus ſummit̃ uel a uirtutibus ut Africanus:uel a uitiis:ut iugulator.Sed ſciendũ eſt qđ plerũq; contingit:ut tãtũmodo unum inueniat̃:ut ecce Romulus unũ tantũ habet.plerũq; duo:ut Nũma Pompilius.plerũq; tria:ut Publius Virgilius Maro:Plerũq; quattuor ut Publius Cornelius Scipio Africanus.Sane ſciendum eſt quod quotiens unũ inuenit̃ cognomẽ eſt:nemo enim poteſt eſſe ſine uocabulo:quotiens duo plerũq; prænomẽ & cognomẽ ſi libertus eſt:Nam nõ poteſt libertus habere nomen quod familiam ſignificat:cum ipſe ſine familia ſit.Appellatiuorum ſpecies ſunt uigintiſeptem.Sũt nomina corporalia quæ uidemus & tãgimus:ut terra lapis.Sũt incorporalia:quæ nec uidemus:nec tangimus:ut pietas iuſtitia.Sũt primæ poſitionis quæ a natura firmata ſunt:ut mons ſchola.Sunt deriuatiua quæ a primæ poſitionis nomine eiuſdem dicuntur ut montanus ſcholaſticus:Hæc autem deriuatiua non regulis:ſed auctoritate firmantur:nam plerũq; inuenimus uaria ab uno ſermone:ut tuder eſt tudertinus tuders.Sunt etiam diminutiua:quæ ſententiam minuũt:& non ſemper ſed frequenter ſyllabis creſcũt:ut agnus agnellus.Sũt etiam alia ſono diminutiua:ut tabula fabula:in his ſignificatio principalis eſt:ſed enunciatio diminutiua:tũc.n.re uera eſſent diminutiua ſi haberent alia principalia:ut oculus ocellus.Sũt quæ dicunt̃ tota græca ut Dido:mantho:græce hæc & lati-

ne poſſunt declinari:græce ut dido didous: latine dido didonis:mantho mantho
us:& manto mantonis. Sunt quæ tota latina appellantur: quæ longe aliter a la-
tinis proferũtur:quã a græcis. Nam quom græci dicant:Pollydeus:latini appel-
lant pollux. Hæc autem quæ tantum latina ſunt latine declinamus. Sunt quæ
appellantur notha quæ non primis ſyllabis ſed ultimis a græco ſermone diſſen-
tiunt: ut achilleus achilles: Agamemnon agamemno & fere omnia græca quæ
in on exeunt.detracta enim on ſyllaba per breuẽ. o.proferũtur:ut apollon apol-
lo platon plato. Sunt ſynonima: quæ uarias habent elocutiones: ſed unam ſigni
ficationem: ut terra ſolum humus tellus. Sunt omonyma ſuperioribus contra-
ria ut aries: nam & machinamentum eſt: quo muri expugnantur: & ſidus in cæ-
lo:& animal in terris aries uocatur. Sunt patronymica quæ trahuntur non tan-
tum a patribus ſed etiam a parentibus. Nam inueniuntur & a matribus dicta he-
tideus retoides: & ab auo: ut æacides & a maioribus ut dardanides æneades & a
uitrico:ut amphitrionides. Sic ergo dicimus patronymica non a patre tantum
ſed a parentibus tracta ut dicimus patricidam non qui patrem tantum: ſed qui
quemq; parentum necauerit. Hæc autem patronymica ſi græca fuerint in des ex
eunt ut atrides: aut in ius ut atreius. aut in on ut atrion. Sed quæ in des exeunt
tantum patronymica ſunt ut atrides agamemnon. Quę in ius exeunt & patro-
nymica & poſſeſſiua ut atreius Agamemnon & atreius gladius Euandrius enſis.
Quę autem in on exeunt in latinum ſermonem non tranſeunt. Fœminina autem
aut in is exeunt ut atreis. aut in ias ut atreias. aut in en ut atrien. Sunt etiam no-
mina adiectiua quæ plerũq; ſenſum habent: ſed cõiunctione iactãtur: ut magnus
fortis: dicimus enim magnus uir fortis exercitus. Sunt etiam qualitatis quæ tra-
huntur ab animo a corpore extrinſecus: ut doctus niger fœlix. Sunt quantitatis
quæ trahuntur a menſura ut longus latus. Sunt gentis quæ gentem ſignificant:
ut græcus hiſpanus. Sunt quæ patriam ſignificant: ut Romanus. Sunt quæ nu-
merum: ut unus duo tres quattuor quinq;. Sunt quæ ordinem ut quintus ſextus.
Sunt quæ ad aliquid dicuntur: quæ penitus non poſſunt ſine alterius coniun-
ctione intelligi ut pater. Non enim poteſt dici niſi filium habeat. Sũt ad aliqua-
liter ſe habentia: quæ contrario ſignificationem ſumunt ut dexter ſiniſter niger
candidus. Sunt generalia in quibus ſpecies continentur: ut animal. Nam animal
dicitur & homo & canis & equus ſunt ſpecialia: ut ſunt ea quæ diximus canis ho
mo & equus. Nam illa ſunt ſpecialia: quę genere diſcernuntur. Sunt facta
de uerbo ut dictor lector. Hæc autem ſemper in tor. exeunt & oriuntur a ge-
rundi modo: ultimo tempore & ultima ſyllaba in tor uerſa per omnes coniu-
gationes ut amatu amator. doctu doctor. auditu auditor. lectu lector. Sunt eti-
am participiis ſimilia: ut demens: nam ſic eſt demens quaſi legens: ſed demens no
men eſt quia recipit comparationem. i. dementior: legens uero participium: quia
non recipit ſimiliter comparationem. Sunt etiam uerbo ſimilia ut comtempla-
tor: ſed hæc cum caſum acceperunt nomina ſunt & contemplator huius contem-
platoris facit: cum autem tempus habuerint uerba. Vt Maro dixit contempla-
tor aquas dulces. Sed comparatiuus gradus generis eſt ſemper communis exce
pto uno quod eſt ſenior: hoc enim ut probus dicit: tantum generis maſculini eſt:
nam omnia quæ recipiunt comparationẽ qualitatis ſunt & quantitatis ſicut pu-
ta nõ omnes qui ſtudent cauſas agunt quiſquis autem cauſas agit: ſtuduit ſine du

bio.Recta comparatio eſt quæ primam ſyllabam integram per oẽs ſeruat:ut doctus doctior doctiſſimus.Sinaũt integram nõ ſeruat:inæqualia efficit noĩa : quæ ſunt tm̃ tria bonus:malus:magnus:cum conſtet comparatiuũ gradũ minus ſignificare uideat̃:ut clarior clariſſimo.doctior doctiſſimo.Præterea ipſe cõparatiuus non nũquam poſitiuũ ſignificat:quãdo dicimus ſenior ſignificãs tamẽ ſenex. At cum Salluſtius dicit.Mare põticum dulcius eſt quam cætera.modo inuenitur.. Comparatiuus nõ ſolum cõparatiuus nõ eſt:ſed nec poſitiuus.Nam mare nõ modo dulcius nõ eſt:ſed nec dulce q̃dem. Donatus dicit q̃nq̃ tm̃ aduerbia genitiuo eſſe iungẽda:tãquam magis minus maxime minime ea ſcilicet ratione:qm̃ uim in ſe habẽt comparãdi:atq; ideo nõ debent cõparatiuis caſibus iũgi:ne uideat̃ comparatio geminata.Qui enim dicit tã doctior pene dicit hoc doctior:doctior qđ latinitas nõ patit̃.Probus autẽ dicit oĩa aduerbia quæ uim augẽtis aut minuẽtis in ſe habẽt non debere coniũgi nec ſuperlatiuo:nec comparatiuo.ut ſunt iſta:ualde:multum:plurimũ:per:& ſimilia.Nam iſta aduerbia tm̃ poſitiuis gradibus debemus adiũgere.Quod ſuperlatiuum dicit gtõ plurali nõ adeo uerum eſt: nam inuenimus eum etiam ſingulari gtõ poſſe coniungi:tunc quãdo noĩa ſunt enũciatione ſingularia intellectu uero pluralia ut eſt.O danaũ fortiſſime gentis. Quod dicit enũciatione maſculinum intellectu eſſe neutrum pelagus uerum eſt uulgus falſum eſt.Num uulgus & neutro & fœminino genere legimus apud Virgilium fœminino.In uulgum ambiguam neutro ignobile uulgus.Balneum gñis neutri eſt in numero ſingulari fœminini q̃dem ſecũdum uſum:ut occiſus ad balneas pellicias tamẽ & neutraliter legimus:ut balnea uitantur:in Horatio.Cælum in numero ſingulari generis neutri eſt:In numero aũt plurali gñis maſculini habemus enim in Lucretio.Quis totidem uertit cælos. Cæpe in numero ſingulari neutri gñis eſt:ut tunicarũ cum ſale mordẽs cæpe & hoc nomen tres ſolos habet caſus: hoc cæpe:hoc cæpe:hoc cæpe.In numero aũt plurali genere fœminino ſimpliciter declinatur.Ioca & loca ſimilia noĩa ſunt:nam in numero plurali & maſculino: & neutro genere declinant̃:dicimus enim & ioca:& loca:& ioci:& loci.In numero autem ſingulari tãtum maſculini:ut iocus & locus.Quod dicit genera cõmunia eſſe iter maſculinum ut puta pampinus nõ ita itelligimus quaſi ſacerdos:nam ſacerdos ſi maſculus eſt hic ſacerdos dicitur ſi fœmina hæc ſacerdos nõ poſſumus hoc pro noſtra uolũtate cõfundere:ſed pro naturæ qualitate diſcernimus:Pampinus uero & dies:& ſimilia pro noſtro arbitrio uel maſculino:uel fœminino genere proferunt̃.Nomẽ nec in totum fixum:nec in totum mobile:at fixum leæna ſm Virgilium Torua leæna lupum ſequitur ſm Ouidium mobile eſt cui dixit:ut lea ſæua ſitim multa compeſcuit unda.Eiuſdem generis debẽt eſſe diminutiua:cuius generis ſunt principalia:ut puta ideo hæc domũcula generis fœminini eſt qa & hæc domus generis fœminini eſt. Exceptis ſcilicet paucis iſtis: ſcutum : piſtrum:canis:rana:uerna:ſcutra:nam ſcutra ſcutrini facit.beta betaculus: Puluis dicitur quia numeri ſingularis eſt tantum:ſed legimus apud Horatium. O uides diſipare pulueres:Item pax:lux dicit numeri ſingularis:ſed legimus apud Salluſtium:paces & luces.Item quirites dicit numero tm̃ plurali:ſed legimus apud Horatium hũc quiritem:uetus ntũs hic quiris.Item idem Horatius:qui te quiritẽm cuius ntũs erit hic quirites:ut dicit Petronius.Quadrigas dicit numero tantũ plurali:ſed Varro dicit numero ſingulari:Virus generis neutri eſt:& declinat̃

quemadmodũ doctus hoc uirus huius uiri: legimus enim apud Lucretiũ Tetrĩ primordia uiri. Dicit nomina iá compoſita nõ debere componi & idẽ paulo ante dixit de complutibus potuiſſe componi ne contrarium ſit ita intelligi debet: ut liceat nobis nomen componere bis: ſed ita ut prima cõpoſitio ſenſum nobis in contrarium non uertat: ut territus impertetritus. Illud enim nobis nõ licet facere ut per compoſitionem primum conuerſum in contrariam ſignificationem nomen per ſecundam compoſitionem ualeamus reuocare ad primam ſignificationem: ut eſt doctus: indoctus: quãdo antique nulla ratiõe dicit̃ præfectum uigilum ſic dicatur quemadmodũ tribunus militum ideſt ſi pro uno nomine accipitur uterq; ſermo in priore tantummodo declinatur. Si autem uoluerimus elocutiõe facere dicimus p̃fectus uigilibus: quo tempore licet nobis etiam in hac duo nomina aliquem ad ferre ſermonem ut præfectus eſt uigilibus.

CAſus pleriq; quattuor eſſe dicunt auferẽtes nominatiuum & uocatiuũ: Nominatiuum qui ſimilis eſt uocatiuo. Ideo autem auferunt nominatiuum quoniam quom caſus ſit ab eo quod faciat nomen habere dicunt Nominatiuus e contrario rectum nomen oſtendit. Alii quinq; docent ut græci qui ablatiuum non habent. Alii ſex ut latini qui ablatiuum addunt: Alii ſeptimũ etiam addunt caſum qui ablatiuo ſimilis inuenitur. Nam quando dico re uera doctior illo & doctior ab illo eadem inuenitur elocutio: quando autem dico illo præſente ſuſcepi & ab illo præſente ſuſcepi: non eſt ſimilis ab utroq; caſu elocutio. Nam illo præſente ſuſcepi inter duas tantummodo res geri uidetur. Nonnulli adiungunt octauum caſum: qui fit cum quid per accuſatiuum cum præpoſitione poſſumus docere: dicimus per datiuum ſine præpoſitione ut clarior it in cælum & it clarior cælo: ut ſubeunt ad mutum: & ſubeunt muto. In flexionum autem uarietates ſex ſunt: Aliquando enim omnes caſus uarios exitus ſumunt: ut eſt unus quæ dicitur forma exaptota. Itẽ pentaptota dicitur: ubi quinq; ſunt uarietates. Itẽ tetraptota ubi quattuor ſunt: ut eſt ſpecies. Triptota ubi tres ſunt: ut eſt tẽplũ: Diptota ubi duæ: ut cornu: genu: Nam nominatiuus accuſatiuus & uocatiuus corripiuntur: Alii tres producũtur ideſt genitiuus datiuus ablatiuus. Eſt enim monoptota: qu im non bene monoptotam ſed aptota dicimus: ut neq̃ nam monoptota illa ſunt quibus unus tantum caſus eſt ut ſponte. Aptota uero illa ſunt ubi omnes quidem ſunt caſus: ſed nulla ratione uariantur ut eſt frugi. Inueniuntur autem nomina unum caſum habentia: ut tabo: aut duo tantum ut hic iuppiter. o. Iuppiter: aut tres tantum: ut hoc nefas aut quattuor tantum: ut huius ditionis huic ditioni hanc ditionem ab hac ditione. Sed horum nominum reliquos caſus in uſu quidem nõ eſſe manifeſtũ eſt: In auctoritate autem ſæpius reperiuntur. Inimicus datiuum regit quanquam uſus uendicet nominatiuum: Inimicus enim eſt mihi dico non meus. Item ſecundus ab illo eſt. dicimus non ſecundus illi: quãquam iſta nomina ſuis caſibus ſeruiunt etiam aliis alia auctoritate iũgũtur. Nam & pactus illam rem dicimus & illa re. Quod dicit ab his mulabus: filiabus: deabus: nos dicere debere. Sciendum eſt propter teſtamentorum neceſſitatem. Nam hæc pauca dicit probus contra artem eſſe ſuſcepta: nec nos debemus ad iſtorum ſimilitudinem alia declinare ea enim quæ arte carent ſola auctoritate firmantur. Vas in numero ſingulari tertiæ declinatiõis eſt: in numero plurali ſecundæ. Dies ſecundum regulam tantum fœminini generis eſt. Nullum.q.

nomen eſt: producto ablatiuo terminatum: quod alterius poſſit generis inueniri: quod autem dicimus genere maſculino idem: ratio perſuaſit aduerbii. Nā hodie dicentes quaſi hoc die ſignificamus: nec tamen dicimus hodie quaſi hac die. Nam quotiens nominatiuus ſingularis.n.&.r.terminatur: ablatiuus in.e. etiam genitiuus pluralis in um. Exit.a.ſupradictis regulis. Accuſatiuus ſingularis tūc in.im.exit: quom ablatiuus ſingularis indubitabiliter.i. terminatur: ut ab hac ui: & ab hoc tyberi: facit enim hanc uim hunc tyberim. Si autem.e.terminatur ablatiuus: tunc uariatur accuſatiuus: ut ab hac puppe hanc puppem. Domus & iugerum ab antiquis aliter declinabantur: quam hodie declinamus. Nam domus erat quartæ declinationis. Iugerum tertiæ: nos autem in hoc nomine.i. domus tres in unum caſum uſurpamus.a. ſecunda declinatione: ablatiuum.a.domo: genitiuū pluralem harum domorum: accuſatiuum pluralem has domos. In nomine autem iugeris: unum tantummodo uſurpamus ablatiuū ab hoc iugero. V.littera tunc retinetur in datiuo plurali: ut ipſe dixit: quom aliqua dſcernenda ſunt: ut artubus: & arcubus: cui regulæ tamen inuenimus duo nomina contraria ideſt nulla diſcretione interueniente.u.retinētia: ut ſpecubus & tribubus: quæ ab iſtis regulis diſcrepāt. Nomina tantū pluralia: uulcanalia: minerualia: ideoqꝫ illę regulæ ablatiui ſunt ſingularis: hæc autē noīa ſunt numeri tantū pluralis: q̄ licet regulas nō habent tamen ad ſimilitudinem nominū declinā da ſunt quæ nomina regulis cōtinent.i. ut ſic declinemus. hæ Kalendæ quēadmodū hi agiles hæ idus quēadmodum hæ manus: quāquam dixerūt: ut quemadmodū regulis carent: ita uariæ declinarentur. Nā inuenimus apud auctores & anciliū: & anciliorum: & uulcanaliū: & uulcanalioꝝ. Item nomina græca.a.ſupradictis regulis ſegregantur: ut emblema: poema: & hoc iuſte. Nā ſi gręca ſunt ablatiuo carent illę aūt ab ablatiuo originem ſumūt: quas nō poſſunt ſuſcipere nomina ablatiuo carētia: ſed hęc maiores noſtri aut tertia declinatiōe declinabant ſi fuiſſent gn̄is neutri: ut poema: poematis: aut prima declinatione declinabāt. ſi fuiſſent generis fœminini: ut hęc pœna: huius pœnæ: quāq̄ inuenimus aliquos caſus nec ab illis: nec ab iſtis regulis declinatos.i. genitiuū pluralē: & datiuū & abltūm pluralē: legimus enim apud Cice. hoꝝ poematoꝝ his poematis: ablatiuo ab his poematis: ſimiliter & emblematoꝝ & emblematis. peripateſmatorum peripateſmatis. Analogia dicitur ratio declinatiōis nominum inter ſe omni parte ſimilium: latine proportio uocatꝰ. Nomina aūt ſimilia ſunt omni parte ſi octo rebus ſint ſiīia ideſt ex illis quæ accidunt noī: qualitate: comparatione: genere: numero: figura: caſu: deinde exitus ſyllabarum: deinde conſonātiū: rōnes penultimaꝝ: atqꝫ ſi una res ex iſtis octo deſierit ſimilibus: dicimus enim nomen nulla rōne declinari ſimiliter cuius rei exemplum & lupus ſit lupus nam ſeptem partibus conſentiunt: tamen quaſi genere diſſentiunt. Lupus enim in aliud genus: ut lupus lupa: lepus lepa non facit.

PRobus autem pronomen in quattuor partes diuidi putauit ideſt pronomen infinitū: finitum: minuſq̄ finitum: & poſſeſſiuum quod nō uidetꝰ habere rōnem: unde Donatus melius qui in duas partes in prīo diuiſit: Nam ſi ea ſunt finita ꝓnomina quæ recipiūt perſonas: Alia oīa quæ nō recipiunt perſonas infinita dicēda ſūt. Vnde apparet quod infinita & minuſq̄ finita ſunt & poſſeſſiua. In illis.n.non accidit certa pſona: cuias: & noſtras: uel cuiates & noſtrates. Nā utrūqꝫ dicimus ſm Plauti auctoritatem gētem ſignificat: ut eſt cuius gen

tis optime noſtræ gentis.Pleriq; accentũ in ultima ſyllaba ponũtqñ cuiam: ſed praue.Nam nulla pars orationis eſt latina abſq; prædictis: quæ poteſt in ultima accentũ tenere.i.pone & alias.Sũt aliqua pronomina quæ caſibus creſcũt: nomi natiuo:ut qs uel q:gtõ ſingulari:ut mei uel mis:tui uel tis:ablatiuo ſingulari ut a quo uel a q:plurali datiuo uel ablatiuo ut a qs uel a qbus:qua ratione fiant ſuperius diximus.Sunt ecõtrario quæ caſibus decreſcũt:nam utũs non inueniť in pnomine ego.Aliquãdo ntũs & utũs:ut in pronomine ſui:ſibi:ſe:a ſe. Aliquando tm̃ accuſatiuus:eccũ:eccam:ellum:ellam.Aliquãdo tm̃ genitiuus:ut cuia & cuium.Q uod autem dicimus ſui eſſe pronomen uerum eſt:non enim de poſſeſſiuo naſciť cuius noiatiuus eſt ſuus:Nam ſi inde naſcereť dtũm o mitteret:ut ſuo non id.i.Præterea eſt aliqua differentia quod hoc pronomẽ ſui uel ſibi:utriuſq; numeri eſt.Illud uero poſſeſſiuũ ſuũ:& ſingularem habet numeȝ: & pluralem. Q uæſi tiuũ eſt apud græcos an.O utũs eſſet articulus & prouocatus nõ eſſet. Omnes.n. articuli cũ de numero ſingulari ad pluralem trãſeũt uarie proferunť:ut hic & hii huius & horum & reliq.Q uãdo autem dicimus o docte & docti:& utroq; numero eũdem articulũ ponimus:quæ res nõ articulus uideť qa non mutať in numero plurali:ſed potius aduerbiũ uocantis:ut quemadmodũ dicimus:heus uos docti:ſic dicamus o tu docte:& o uos docti:Inter Articulos pronomẽ hoc intereſt: quod pronomina tũc cũ ſine noibus ſunt:& abſentium nominũ uidentur explere perſonas:ut hic & hæc & hoc:quãdo aũt dico hic æneas huius æneæ iam nõ poſ ſunt pronomina dici:cũ nõ fungant̃ eorũ noium quæ præſentia ſunt officio.Ipſa enim noía per ſignificationem implẽt.Neuter alius:& reliqua cõſtant eſſe nomina:quoniam probus uiginti & unum dicit eſſe pronomina:in quibus iſta nõ com putanť. Ea pronomina quæ utraq; parte ntũm habent ẜm formam noium declinantur: Nam ſic declinamus quiſquis utraque parte ſic autem priore parte non declinamus aliquis:quemadmodum nec iuris peritus:Sic poſteriore parte non declinamus qſpiam quemadmodũ nec tribunus militum.

ODi:noui:cœpi:memini.Q uæritur cuius ſint temporis quom conſtat eſſe perfecti:Nã & perfectũ in i:ſemper exit ut legi:ſcripſi:& præſens tempus nũquam in i:ſed ſemper in o exit.Illa enim uerba ſignificatiõem habẽt pñtis temporis regulas aũt præteriti.Sum defectiuũ uerbũ eſt in cõiugatione:Nam quãdo dicimus es nõ poteſt eſſe ſecũda coniugatio qa & e correptam habet:& in prima perſona e ante o nõ habet.Pudet:& tedet:quaſi defectiua poſuit.In ſupiore autem parte imperſonalia nõ cõtrarie ſũt poſita.Nã hoc ipſum uerbum imperſonale defectiuũ eſt.Sublatis enim de primo uerbo duabus perſonis:prima & ſecũda.Tertia utiq; ſupereſt.Q uæ ſi non ſibi adiũgat pronomẽ defectiuũ dr̃ eſſe uerbum:ſi autem adiũgat imperſonale.Gaudeo & audeo a pleriſq; neutro paſſiua:ab aliis ſupina uerba dicunť:quæ in tempore perfecto & pluſquã perfecto paſſiuam habẽt declinationem:in reliqs autem actiuam:ideſt temporibus.Sũt alia inæqualia quæ ſuam habẽt declinationẽ & contraria ſũt:ut placeo: nam & placui facit:& placitus ſum.Sũt item alia inæqualia:quæ ideo ſunt inæqlia quoniam primam ſyllabam non reſeruant:ut nolo uolo.Faciũt enim nolo nõuis:nonuult:non:nolo nolis nolit.Item uolo uolis uolit non dicim⁹: ſed uolo uis uult. Sũt alia penitus anomala:de qbus nihil poſſumus dicere:niſi qđ lectione declineť eas uſurpare perſonas quæ tantũ auctoritate firmanť:& ſunt hæc: faxo

faxis:inq̄t:infit:inquam:& reliqua.Prima perſona in indicatiuo modo ſemper cor ripit̃:ut lego abſq; monoſyllabis:ut do:flo:ſto:quæ qdem ſi fiant poliſyllaba: ut reddo:reſto:reſto corripiunt̃.Verba quoꝝ declinatio in noſtra poteſtate eſt:ſunt hæc:tondeo:lauo:fabrico:punio:& reliq̄:uerũtamen debemus ſm naturam acti uum uel paſſiuũ præſumere:ut ego lauor:balneũ lauo:quando ego capillos de⸗pono:ut dicam tondeor quando alteri capillos detraho:ut tondeo.Prima perſo⸗na non debet ita proferri:lego ego.Q uoniam lego iam habet in ſe ſignificationẽ pronominis:niſi tamen ſic tũc poſſumus dicere quando nos magis uolumus oſtẽ dere lecturos q̄ alios:ut ſit q̄ſi ego magis quã cæteri maledico tibi dicimus non te dicimus.Prima perſona ante ultimam o ſeptem litteras non habet h o f k q i z. cætera uero habent e:ut ſedeo:i:ut audio u:ut annuo:b:ut bibo:& ſicut in arte ſcri pta ſunt k: Ideo non poteſt præponi o litteræ qa nũquam anteponitur niſi a ſe⸗quente q y z: ideo non poſſunt præponi.Vnũ tamen uerbũ qd̕ o ante o habet: ut reboo:rebooant:ſyluæq; & magnus o:ideo contra regulam uenit quia græcũ eſt:cætera in arte conſcripta ſunt.

ADuerbium dictũ eſt:qa neceſſe habet ſemper uerbũ ſeq.Verbo tamen non neceſſe eſt egere ſemper aduerbio:nam poſſumus dicere ſic legit. Nũc enim & plena eſt elocutio:& aduerbium tamen non inuenit̃:nam quom dico cras hodie:non erit integra elocutio niſi addam uerbum:ut puta dico uel facio.Aduerbiũ plerũq; confirmat uerbũ plerũq; deſtruit.Confirmat ut iam faciam.deſtruit:ut non faciam.Aduerbia aut a ſe oriunt̃:aut ab aliis partibus ora tionis ueniũt:ſicut in artibus poſitũ eſt:nam ibi ſunt exempla uaria poſita: horno autem nihil aliud eſt niſi hoc anno.Vnde deriuatio duplex inuenitur.Nam Cice ro dicit hornatinas fruges Horatius dicit hornatas fruges.Item meatim nihil eſt aliud niſi meo more:tuatim tuo more.Q uod dicit de participio aduerbium poſ⸗ſe deduci:ueꝝ non eſt:etenim illud exemplũ quod protulit:ideſt indulgens nõ ta men participium eſt:nam recipit comparationem facit enim indulgentior indul gentiſſimus ergo quãdo dicimus indulgenter nõ uidemus a participio tranſtuliſ ſe in aduerbiũ:ſed a noĩe.Omnia aduerbia e terminata in poſitiuo ſemper produ⸗cunt̃:ut docte.Exceptis tribus regulis eoꝝ aduerbiorum.Q uæ aũt non compa rant̃:ut rite:nemo enim dicit ritius:ritiſſime:uel quæ male comparant̃: ut bene: Nemo.n.dicit bonius boniſſime. Vel quæ a ſe oriunt̃ ut impune impunius:hoc ſcilicet in poſitiuo. Cæteꝝ ſuplatiuus gradus ſemp ꝓducit̃ facile & difficile non quærit̃:utrꝝ aduerbia ſint an noĩa:conſtant aũt eſſe nomina tm̃ quia ſemp corre⸗pta ſunt.Si.n.aduerbia eſſent:ut ſupra diximus ꝓducerent̃ deinde qa neutri gñis formã ſequunt̃.Sicuti.n.dicimus & facilis facile:ſic difficilis difficile. Deinde ſi

ſus:ut eſt falſo:hæc aũt ambiguitas elocutione diſcernitur qñ enim dicimus falſo homini dedi erit nomẽ:qñ falſo loqueris:erit aduerbiũ:ita plerũq; in contrariũ ce dũt.Nã Terenti᷒ ait duriter:quom dure dicere debuerit:& Virg.Lugubre quom lugubris extenſa dicamus.Ea aduerbia cõparãda ſunt:quæ ducũt originem a no mine recipienti cõparationẽ:ut eſt doctus.Ideo.n.dicimus docte doctius doctiſ ſime:qm̃ dicere poſſumus doctus doctior doctiſſimus.Ab eo qđ eſt Tullius cũ ſit aduerbiũ non recipit cõparationem:qa nec nomen recipit.Sũt alia aduerbia quæ ſemp̱ p̱ ſe comparant̃.Sũt aũt quæ nõ egent cõparatiõe ut eſt mane.Nemo enim dicit manius:nemo maniſſime. Verũtamen hanc quam per ſe inflexionem non hab.mus:poſſum facere adiectionem illarum particularum ut magis & ma xime:ut puta ſit poſitiuus mane comparatiuus magis mane. Superlatiuus ma xime mane. Omnis pars orationis cum deſierit eſſe quod eſt nihil aliud eſt niſi aduerbiũ.Icirco ſi nomen deſierit eſſe nomen non facit pronomen:aut partici pium:ſed ſolum aduerbium. Vt eſt ſedulo nam ſi dicas ſedulo homini dedi:nomẽ eſt:ſi dicas ſedulo feci:aduerbium eſt.Item pronomen aliquando & aduerbiũ eſt: quom.n.dico quod eſt:erit pronomen:quom dico qui ſcit erit aduerbium.Item uerbum plerunq; & aduerbium eſt:quando enim dico pone prima ſyllaba accen tum habente erit uerbum:quando ultimæ ſyllabæ do accentũ erit aduerbiũ hoc eſt diſcretionis cã.Nã ultimo loco uerbi acutus accẽtus nunq̃ ponit̃.Itẽ partici piũ aliqñ aduerbiũ eſt:quom.n.dico me ad uillã p̱fecto cõtingit:participium eſt p̱fecto:quom dico p̱fecto q̃ritis aduerbiũ eſt p̱fecto.Itẽ ante præpoſitio nõnũq̃ & aduerbiũ eſt.Præpoſitio in hac elocutione erit ante templũ:caſum enim habet uictum ſi autem dicas:ante feci:erit aduerbium quoniã ſequit̃ uerbũ:& coniun ctio eſt:ſed plerũq; & pro aduerbio ponit̃ quom dicimus ut te fortiſſime teucrũ accipio.Heus ſi dolorem ſignificet interiectio:eſt:heus:etiã menſas conſumimus inquit Iullus:ſi autẽ uerbum ſequat̃ aduerbiũ eſt heus inquit iuuenes monſtrate mearũ erit nomẽ quom nominibus pro aduerbiis utimur ut ante dictũ eſt.Illud fideliter tenere debemus nunq̃ ſeparatim præpoſitionem aduerbiis poſſe coniũ gi ueluti de mane de noctu.Quod autem inuenimus indocte & infreq̃uẽter ſunt quidẽ præpoſitiones:ſed non ſeparatim ſicut ſunt etiã particulæ quas ipſe p onit. Artigraph᷒ deſurſum deorſum deiceps. Ita enim cõſtat duas p̱tes orõnis ut uno ambæ nitant̃ accẽtu. Nec duę præpoſitiões interueniẽte aduerbio ſociãdę ſunt Præpoſitio etiã ideo nõ poteſt adiũgi nomini interueniente aduerbio ut de trans tyberim uenio quemadmodum illinc uenio.

PArticipiũ eſt quaſi p̱ticapium hẽt enĩ a noĩe genera & caſus:a uerbo aũt tẽpora & ſignificatiões:ab utroq; numeꝝ & figurã:& cætera q̃ ſupradi cta ſunt.In poſterioribus illud adduci:inchoatiua uerba illud nõ habe re niſi præſentis tp̃is participiũ futuro aũt carere.Ideo autẽ futuro carent quoni am regulã futuri participia a p̱terito ducunt participio præteritum autem parti cipium a tp̃e perfecto originem ſumit:& ideo quom inchoatiua uerba tp̃s p̱fectũ non hñt:non poſſumus habere quod addit̃ iam tempore perfecto.Præterea di cit participia ab imperſonalibus uerbis niſi uſurpata nõ uenire:quæ res penes lã tinũ non erit:& ſimilia & ſimiliter ab arte diſcedit. Et.n.participia a prima poſi tione uerbi originem trahunt:cum igitur imperſonalia primam perſonam non habent participia non iure ex ſe faciunt:ſed tamen dixi uſurpare nobis licet.Inue

nimus enim apud uarios auctores: quod puto id fieri: non quod de imperſonali-
bus uſurpentur participia: ſed quod ipſa imperſonalia fiant uerba pleniſſima:
Nam hoc quod dicimus pudet & tedet tamen dici inuenimus in auctoribus: &
pudeo & tedeo: unde fiunt & pudens: & tedens participium non ab imperſona-
li uidetur: ſed a uerbo integro. Odi uerbum: participium habet oſus quod licet
in uſu non ſit tamen componitur & in uſu erit exoſus peroſus. Ab eo quod eſt me
mini artis nullum participium reperitur: ſi ad uſum uerum eſt: ſi ad auctorita-
tem falſum: Nam inuenimus in Plauto meminens. Tunicatus galleatus dicit par
ticipia non eſſe: ſed nomina eo quod a uerbis non trahuntur: ſed ſi diligenter at-
tendas aduertens ab ſimilibus participia comprobabis. Nam licet non faciat tu
nico galleo: tamen quoniam tempus habēt ſine dubio participia ſunt: & enim ar-
matus incedit ueſtitus incedit quom dico hoc ſignifico iam armatū: iam ueſtitū
eſſe. Sicut ēt dicimus tunicatus incedit galeatus incedit. i. & iam tunicā hēt: iam
galeā habet quæ res tp̄s oſtendit & ſi tp̄s eſt participiū eſt. Prāſus cœnatus & reli
qua conſtāt nō eſſe participia ſi a uerbo non ueniunt. Cōceſſum eſt enim regula-
riter ut a neutralibus uerbis liceat nobis uſurpare præterita participia: ſed quoni
am & has artes defendere debemus uel auctoritate firmare: neq; ad iſtoꝝ ſimili-
tudinem alia fingere: ſed illis tm̄ uti quæ lecta ſunt. Nomina ſimilia participiis
præteriti tp̄is quartæ ſunt declinationis: ipſa aūt participia ſcḋæ: ut hic uiſus hu-
ius uiſus: nomen eſt: hic uiſus huius uiſi participium eſt. Furibundus & moribū-
dus quid eſſent & nomina eſſent manifeſtū eſt: qḋ ſubtracta dus ſyllaba & addita
littera non redeunt in participia p̄ſentis tēporis qḋ regulariter dictū eſt: Noua ra
tione participia quæ conſtāt eſſe participia poſitiuū gradū poſſunt recipere quo
niā participia nullā recipiunt comparationem tamen comparatiuum gradū ple
rūq; ſuſcipiunt acceptior & ingentior: quæ res ſola ſenſus ratione ſecernit. aduer
biū de participiis naſci Donatus aſſerit: plurimi negant. At cōſtat apud maiores
equidem lecta in uſu tamen eſſe non poſſunt: ut dictum eſt in aduerbio.

IN coniunctione nihil penitus noui poſuit: ſed ita hic ſicut in ſuperiore
parte tractauit. Illud plane adiecit quod licet nobis coniunctiones pro
aliis coniunctionibus ponere: quod mirum eſt: quom liceat & alias par
tes orationis pro aliis ponere: ut nomen pro aduerbio: pronomen pro aduerbio
& multa alia ſignificatione tamen mutata.

PRæpoſitio eſt pars orationis dicta quod in loquendo præponit̄: & hæc
eſt eius natura puta ante templum: nemo enim dicit templum ante: ſed
tamen eſt una præpoſitio quæ pro arbitrio noſtro ponitur ut tenus di-
cimus. n. pubetenus & tenus pube. Item cum plerūq; ſit poſtpoſita inue

inuenitur in loco: ut ad M. leucam te habitare Cicero dixit. Vſq; non uidetur plurimis præpoſitio: quoniam ſic alia præpoſitio non poteſt poni: & enim dicimus ad forum uado: ut Virg. aduſq; columnas exulat: iam ſi habeat alteram præpoſitionem ipſa præpoſitio eſſe non poteſt. Nunquam enim præpoſitio alteri præpoſitioni cohæret. Si autem uolueris ut coniunctim cohæreat non iam aduerbium erit ſed potius recipit naturam ſuam: nam & præpoſitionem præpoſitioni ſic cohærentem ut pro una parte præpoſitionis habeatur: Inuenimus enim ſæpe apud Catonem ut circumcirca idest circa. In ablatiuis præpoſitionibus. e. & ex hanc habent obſeruationem: ut ſi uocalis ſequatur ex præponamus ut ex amico audiui: ſi autem conſonans e præponatur: ut e foro uenio: Illud uæhementiſſime obſeruare debemus: ut con & in: quotienſcunq; habent poſt ſe s & f litteram: uideamus quemadmodum pronunciant̃: plerũq; enim non obſeruantes barbariſmos incurrimus. Nam cũ ipſoꝝ natura breuis ſit tamen ſi ſequantur ſupradictæ litteræ plerunq; in longitudinem tranſit: ut cum dicimus quo ſit confeſſio. Item conſilium conſulit: his. n. locis pronunciandæ ſunt ut longæ ſimiliter inſula inſula q̃d magis aurium iudicio: quam artis ratione colligimus. Præpoſitiones aut ipſa uerba corrumpunt ut conficio. Nam erat integrum facio aut utrũq; & corrumpũt & corrumpuntur ut afficio: Nam affero quod ſcribebatur per a & per d incipit ſcribi per a & per f. & item quod erat facio fit ficio. Præpoſitio & quando præponitur & quando poſtponitur: ſi caſum ſuum retineat præpoſitio eſt: ut trãſtra per & remos: ſi autem caſum mutauerit fit aduerbium: ut longo poſt tempore uenit. Ambiguæ præpoſitiones quattuor fuerunt. In: ſub: ſuper: & ſubter. Quibus maiores indifferenter utebantur: ſed hodie tantum duæ ſunt in & ſub: nam ſuper & ſubter accuſatiuæ habentur. In autem & ſub: qua ratione in ſe ferentur in ſuperiore tractatum eſt. Plerunq; eadem eſt prępoſitio quod eſt & aduerbium: ut ante & poſt: ſed quod magis dictum eſt hac ratione colligimus. Et enim ſi pars oratiõis ſequat̃ quæ caſibus ſeruit præpoſitiones erunt ut ante templũ pp aquã: tẽplũ. n. & aqua caſuales partes orationis ſunt: quando autem dicimus ante fecit. poſt dixit aduerbia ſunt: ſi ſequant̃ uerba. Nouimus itaq; aduerbia ſemper uerbis egere.

INteriectio nihil hẽt niſi ſolũ mentis affectũ quæ tunc interiectio dicit̃ quando uoce incondita profert̃. o: heu & ſimilia quom plenas adhibemus ad exprimendos animi affectus tam interiectiões dicunt̃: q̃ pro interiectionibus: ut proh Iuppiter ibit hic ait: & hæc pars nõ poteſt proprium nomen utrius tenere: eo q̃d uariæ interiectiones ſunt: nã o dolentis legit̃: ut o mihi præteritos referat ſi Iuppiter ãnos: & iraſcentis ut o callidos homines: & ſimilia.

FINIS.

¶ Impreſſum Venetiis per Gulielmum de Fontaneto de Monteferrato. Anno Domini. M. D. XVIII. Die. xxii. Menſis Iunii.

Regiſtrum huius operis.

abcdefghiklmnopq. Omnes ſunt terni.